
# *MARCI ANTONII* *FLAMINII*

# CARMINA SACRA,

*quæ extant omnia, hoc modo nunquam hactenus edita. Cum eiusdem argumenti & stili*

APPENDICE




*ROSTOCHII*
*Excudebat Iacobus Lucius.*
*Anno M. D. LXXVIII.*

# IOACHIMO
## von der Lühe/
*MARESCALCO MEGAPOLITA-no, viro nobilitate & auctoritate clarissimo. S.*



*VM paruus hic, sed aureus,*
*Typis nouus elegantibus*
*Impressus, atque appendice*
*Munitus haud ignobili,*
*Me sic petente, in publicum*
*Libellus iret: strenulæ*
*Paruæ loco illum mittere*
*Placuit potissimum tibi,*
*Quem talibus scirem libris*
*Capi vnicè, ceu gemmulis*
*Et flosculis, qui straminum*
*Lapidumque magnis præualent*

*Longeq́ præſtant molibus.*
*Boni proinde conſules,*
*Quæ grata mens, & inclytis*
*Vox ſacra Chriſti laudibus,*
*Suo patrono conſecrant.*

NATHAN CHYTRAEVS.

## DE FLAMINIO IVDICIVM

IOACH. CAMERARII.

IAM itaq; plane ſpero oſtenſum eſſe, & eruditionem doctrinæ in Flaminio fuiſſe egregiam, & iudicij acrimoniam ſingularem, & ingenij admirabilem præſtantiam, & religionis ſtudium, pietatisq́; cultum eximium atq; ſummum, & vitæ morumq́; integritatem ac probitatem dignam homine Chri-

ne Christiano, vt in hoc celebrando, qualicunq; facultate literarum mearum, consilium non errasse existimem. Id autem videor affirmare posse in veritate: multo melius fructuosiusq; positurum esse aliquem operam suam, his Flaminij, quæ exposita modo sunt, & similibus tam ipsius quam aliorum scriptis legendis, quam euoluendis rixatricibus atq; leuibus & nugatorijs chartis, quæ paßim nunc euolando, & iudicia multorum deprauant, & animos ad insolentiam incitant, & dissolutionem vitæ augent, & adiuuant interitum disciplinarum.

## MARGARITÆ HENRICI GALLORVM REGIS SORORI.

### M. ANTON. FLAMIN.



VM Petrus Carnesecus, lectißimus & ornatißimus vir, de tua erga Deum pietate, & aßiduo litterarum studio ad me multa scripsisset,

*hortatusq́ esset, ut siquid noui elucubratus essem, id ad te mitterem, quòd tibi scriptorum meorum lectionem non iniucundam esse solere affirmaret. Hoc tam præclaro de te testimonio commotus, & cùm hominis amicissimi authoritate adductus, tum humanitate tua fretus, carmina, quæ de rebus diuinis proximè composui, ad te mittere non sum veritus. In his ego à meo vetere instituto discessi. Dauidem enim, & eius similes poëtas imitari malui, quàm Horatium vel Catullum, propterea quòd in scriptione rerum diuinarum, ut munditiam Latini sermonis & elegantiam adhibendam esse non nego; sic omnem orationis pompam & fucum, & calamistros remouendos censeo. Itaque ut C. Lucilius poëta perantiquus dicere solebat, se non Persis scribere, sed Siculis & Tarentinis: sic ego quæcunque de rebus diuinis scripsero, ea solùm religiosis, & literarum diuinarum amatoribus me scripturum profiteor: quibus sine dubio longe gratius faciam, si stylum ita temperauero; quam si orationem fuco & pigmentis illinam. Tu verò Margarita, religionis specimen clarissimum, hoc ab homine tibi deditissimo opusculum,*

qua-

*quale id cunque est, habeto. Quod si non ingratum tibi fuisse audiam; & ex hoc molesto quartanæ morbo, quo iam multos menses conflictor, Dei benignitate conualuero: alia à me post hac huius generis munera expectato. vale.*

## EIDEM FLAMINIVS



*Vdica virgo, regiæ*
*Stirpis propago nobilis,*
*Ornata sanctis moribus*
*Et litteris, & ingenI*
*Decore fulgens, scripsimus*
*Hæc, insideret aridis*
*Cum longa febris artubus:*
*Iis addituri plurima,*
*Ni mens grauata corporis*
*Laboribus languesceret.*
*Sed tu puella candida,*
*Cœlestis ardens ignibus*
*Amoris, vt mens augurat,*
*Libentius hunc perleges*
*Paruum libellum, sed pium,*
*Quàm prisca vatum carmina*
*Nugis referta inanibus.*

## DE EADEM AD PETRVM CARNESECVM M. ANT. FLAMINIVS.


Felix mea ter quaterq́; Musa,
Cuius versiculos puella regis
Maximi soror, vtriusq́; linguæ
Peritissima cantat: hoc beato
Nuncio super alta sustulisti
Cæli sidera, Carnesece carum,
Vetustum, vnanimem tuum sodalem.
I nunc pessime liuor, i, libellos
Meos carpere perge. Margarita
Dum me iudicio suo tuetur:
Vos tantum, & maledicta vestra curo,
Mordaces critici, Libyssa quantum
Latrantis catuli leæna vocem.

# M. ANTON. FLAMINII CARMINA DE REBVS DIVINIS.

## PRECATIO MATVTINA

IAm noctis vmbras lucifer
Almæ diei nuncius
Terra poloq; dimouet,
Simulq; nos cubilibus
Monet relictis pectore
Preces ab imo fundere
Ad templa summa cœlitum.
Oremus ergo supplices
Fontem perennem luminum,
Vt, sicut omnes aëris
Illustrat oras, viuido
Sic nostra corda repleat

*Fulgore ſancti ſpiritus,*
*Qui nos per hæc contagia*
*Puros ab omni crimine,*
*Traducat ad cœleſtium*
*Sedes beatas: illius*
*Nutu gerantur omnia.*
*Cibumq́, ſiue ſumimus,*
*Seu quid negotii foris*
*Tractamus, aut domi, intima*
*Seu mente quid reuoluimus,*
*Id omne ſemper gloriam*
*Spectet beati numinis.*
*Rector ſupreme cœlitum*
*Quæ mente tota poſcimus,*
*Hæc omnibus concedito,*
*Qui corde puro te colunt,*
*Et vnicum natum tuum,*
*Cum ſempiterno ſpiritu.*

PRECATIO MERIDIANA



*Am ſol citato ſidere*
*Suprema cœli culmina*
*Percurrit, alma fer-*
*uidis*
*Tellus caleſcit ignibus.*
*At tu beato lumine*
*Accende corda frigida.*
*Pater benigne in omnibus*
*Tantos piorum ſenſibus*
*Ignes amoris excita,*
*Vt quicquid orbis continet,*
*Præ te ſit illis ſordidum:*
*Nec vlla vis hunc feruidum*
*Amoris æſtum temperet.*
*Sed vſque creſcens, omnia*
*Conuexa cœli traſuolet,*
*Summoq́ꝫ patri vinculo*

*Nos*

*Nos iungat inſolubili.*
*Has nos ab imo pectore*
*Precationes mittimus*
*Tuas ad aures maxime*
*Terræ poliq́ conditor:*
*Tu vota noſtra numine*
*Dextro ſecunda, idq́ ad tuam*
*Concede nobis gloriam.*

PRECATIO VESPERTINA



*Am veſper ortus incipit*
*Diem tenebris condere:*
*At nos parentem luminis*
*Sancti precemur, ne ſinat*
*Noctem ſuorum mentibus*
*Caliginoſam irrepere.*
*Seu dulcis alma recreat*
*Sopor quiete, languida*

*Seu*

*Seu liquit ille lumina,*
*Nunquam recedat à piis*
*Lux ſempiterna cordibus.*
*Vt ſemper indies magis*
*Magisq́, detur maximi*
*Benignitatem numinis*
*Videre mente lucida:*
*Et hinc amoris optimi*
*Ardere ſemper ignibus.*
*Supreme cælitum pater,*
*Votis tuorum ſupplicum*
*Aures benignas admoue,*
*Vt ſenſa cordis omnia,*
*Et dicta, factáque ad tuam*
*Sic dirigamus gloriam.*

OPEM CHRISTI IN MAGNA
*ANIMI AEGRITVDINE*
*conſtitutus implorat.*

IEsu benigne, feruidas
Precationes, & mea
Ne quæso vota despice.
Vt terra solis ignibus
Hiulca, sic animus meus
Afflictus, æger, aridus,
Dulcissimum rorem tuum
Expectat, ô salus mea.
Refrigera mentem meam,
Metus, dolores, lachrymas
Muta perenni gaudio.
Vt hæ querelæ flebiles
Mutentur in laudes tuas:
Et vox agendi gratiis
Noctes diesq; personet.
Ne quæso more iudicis,
Quid egerim, quid dixerim,
Quid cogitarim, pondera:

Pecca-

*Peccata ſed mea omnia*
*Tuo cruore deleas.*
*Me vulnerum ſanet dolor*
*Tuorum, amàra mors tua*
*Cordi meò dulcedinem*
*Inſtillet, vt meam crucem*
*Et fortis & libens feram.*

QVAM SINT BEATI QVI ſumta ſua cruce Chriſtum ſequuntur.

*BEatus ille qui ſuam*
*Tollit crucem quotidie,*
*Magniſq́ IEſum paſſi-*
*Sectatur: illum maximus (bus*
*Cæleſtium pater ſibi*
*Adoptat vltrò filium:*
*Eiq́ donat ſpiritum*
*Peccata delentem omnia,*

*Hære-*

*Hæreditatis inclytæ*
*Pignus beatum: is intimo*
*In corde miros excitat*
*Patris amores optimi:*
*Hinc ille temnens omnia,*
*Quæcunquæ tellus, & maris*
*Arena diues continet,*
*Lætatur vnico Deo:*
*Hunc ſpem, ſalutem, gloriam*
*Suam, ſuumq́ gaudium,*
*Patrem, magiſtrum nominat,*
*Latusq́ ſemper dexterum*
*Sibi tegentem conſpicit,*
*Per huius vt vitæ vias*
*Formidoloſas ambulet*
*Securus, & chari patris*
*Benignitatem ſentiat.*
*Ergo nec illum territat*

*Humana vis, nec inferûm*
*Furor tremendus maximis*
*Periculorum casibus.*
*Vt dura rupes turgidi*
*Tunsa procellis Adriæ,*
*Immobilis semper manet,*
*Nec cessat vllo tempore*
*Hostes, amicos, patriam*
*Iuuare negligens sui:*
*Sic ille vitam cœlitum*
*Colens, perenni gaudio*
*Triumphat: impius, licet*
*Terræ marisq; sit potens,*
*Pulchrumq; nomen occupet*
*Felicis; est semper miser.*

COMPARAT ANIMVM
suum flori

*VT flos tenellus in sinu*
*Telluris almæ, lucidam*

*Formosus explicat comam,*
*Si ros & imber educat*
*Illum: tenella mens mea*
*Sic floret, almi spiritus*
*Dum rore dulci pascitur.*
*Hoc illa si caret, statim*
*Languescit, vt flos arida*
*Tellure natus, eum nisi*
*Et ros & imber educat.*

EOS TANTVM BEATOS ESSE affirmat, qui cæteris omnibus relictis Christo adhærent.

*QVousque vana somnia*
*Falsasq́; rerum imagines*
*O cæci amare pergitis?*
*Non forma vincens Nirea,*
*Non diues vsus purpuræ,*
*Non mens peragrans sidera,*

*Cam-*

*Camposq; latos aëris,*
*Marisq; terrasq; infimas*
*Reddunt beatos. vnica*
*Felicitatis est via*
*IESVS benignus, omnium*
*Dator bonorum. currite*
*Omnes ad illum, currite*
*Fidenter: ille deserens*
*Amore nostri cœlitum*
*Sedes beatas, pertulit*
*Famem, sitimq;, & vulnera,*
*Mortemq; diram, neminem*
*Fastidit ille: perditos,*
*Aegros, malorum pondere*
*Pressos iuuare diligit.*
*Non sic & optimum, vnicum*
*Amant parentes filium,*
*Vt ille nos. ô centies*

*Beatus ille, maxime*
*Iesu, relictis omnibus*
*Qui mente tota se tibi*
*In seruitutem dedicat.*

PRAEDICAT BENEFICIA â Christo in se, & cæteros mortales collata.

*IEsu beate, numinis*
*Aeterna proles maximi,*
*Quibus tuam clementiam*
*Efferre poßim laudibus?*
*Tu pulchra linquens sidera,*
*Formata dextera tua,*
*Mortale corpus induis,*
*Vt ipse terram deserens,*
*Suprema cœli culmina*
*Conscendam: acerba vulnera,*

*Crucisq́ dira sustines*
*Tormenta, vt ipse callidi*
*Serpentis ore saucius*
*Mortisque, certus gaudeam*
*Vita potitus cœlitum,*
*Tuóq factus munere*
*Tuus cohæres. Fac precor*
*IEsu benigne, cogitem*
*Hæc semper, vt semper tibi,*
*Summòq patri gratias*
*Agam, pieque vos colam,*
*Totaque mente diligam.*

QVID SERVANDVM SIT
amatoribus Christi

*QVicunque Iesum diligit,*
*Humana discat omnia*
*Nil æstimare: diligens*
*Opes, honores, gloriam*

Amare IEſum puriter
Nequit: relinque cætera,
Vnumq́ IEſum poßide.
Nam quicquid eſt vſquam boni
Sic poßidebis: lachrymas
Metus, dolores, pectore
Tuo fugabit: dulcia
Semper morantur gaudia,
Vbi moratur candidus
IEſus. voluptas vnica
Eſt ille amantium ſui.
Quin mater, & pater tuus
Te derelinquent, optimus
A dextera nunquam tua
IEſus recedet, omnium
Fidus comes diſcriminum.
Et cùm ſuprema venerit
Tibi dies, te transferet
In

*In ſancta regna cœlitum,*
*Fruaris vt vita ſimul,*
*Et ſempiterno gaudio.*

## EXPRIMIT ARDOREM amoris ſui erga Chriſtum.

*TE ſancte Ieſu mens mea*
*Amoris icta vulnere*
*Suſpirat, ô ſalus mea*
*Me ſolue tandem vinculis*
*Iſtis, vt euolem tuam*
*Beatus ad præſentiam.*
*Fac interim magis, magis*
*Amore totus ardeam,*
*Vt pura mens à corporis*
*Contagione, amplexibus*
*Euadat aptior tuis.*
*Tu ſpes, voluptas, vnicum,*

*Cordis mei ſis gaudium.*
*Benigne IEſu, da precor*
*Humana cuncta ſpernere*
*Te propter, omnia fac mihi*
*Te propter vnum ſordeant:*
*Seu pulcher oras ætheris*
*Sol luſtrat almo lumine,*
*Seu nox benigno languida*
*Rigat ſopore corpora,*
*Domi, forisq́; mens mea*
*Te quærat, inuocet, canat,*
*Solumq́; felix in tuo*
*Dulci acquieſcat nomine.*

HYMNVS IN CHRISTVM

*IEſum pudicæ virgines,*
*Ieſum iuuentus integra,*
*IEſum viri, ſenes, anus*
*Cantemus: in cuius fide*
*Læta-*

Lætamur esse, patrio
Qui nos amore diligit
Fouetq́;. Summi numinis
AEterne fili, siderum,
Terræ, marisq́; conditor,
Nil vasta cæli immensitas,
Nil magnus orbis continet,
Non dextera factum tua.
Tu patris in sinu sedens
Alis, gubernas omnia.
Tu charitate maxima
Nostræ misertus miseriæ,
Mortale corpus induis:
Diræq́; suffixus cruci
Nos morte vindicas tua
A. sempiternis ignibus.
Tu morte victa, regiam
Reuersus ad tuam, simul

*Tui colentes aurea*
*In parte cœli collocas.*
*Te cœtus omnis cœlitum*
*Noctes diesq́; concinit:*
*Te sempiternus spiritus*
*Salutis authorem vnicum*
*Testatur esse: tu quies,*
*Lumen, voluptas mentium:*
*Tu pastor, agnus omnia*
*Peccata tollens, Pontifex*
*Aeternus, iram maximi*
*Sedare præsens numinis.*
*Clemens, suauis, optime*
*IEsu tuorum prospera*
*Cursum benignus, vt soles,*
*Piasq́; laudes suscipe,*
*Quas ore puro fundimus.*

CHRISTVM INVOCAT MAgnitudine morbi se iam opprimi sentiens



*Am quinta lunæ cornua*
*Se luce complent horrida,*
*Cum febre mẽmbra tabida*
*Depascor, ossa frigore*
*Tremor furente concutit.*
*Dein æstus acer intimas*
*Vrit medullas, vt faces*
*Absumit ignis aridas.*
*Iam corpus amisi, mei*
*Vix vmbra iam superat leuis.*
*Vt flos grauatus imbribus*
*Caput tenellum deiicit:*
*Sic mens misella perdita,*
*Cedit malorum ponderi.*

*IEſu benigne reſpice*
*Meos labores, dextera*
*Tua cadentem ſubleua.*
*Non illud ipſe iam precor,*
*Meo recedat corpore*
*Hæc peſtis: vnum id omnibus*
*Votis requiro, & obſecro,*
*Vt robur, & conſtantiam*
*Mihi miniſtres, languidos*
*Artus, medullas, omnia*
*Hic ignis oſſa deuoret,*
*Dum mens refecta viuida,*
*Tuoque fortis ſpiritu*
*Reſiſtat, & ſemper tibi*
*Iucunda laudes concinat.*
*IEſus benignus, optimus,*
*Horrenda paſſus vulnera,*
*Dolentibus ſuccurrere*

*Est promptus. ægrimoniam,*
*Metus, querelas abiice*
*Fidenter, ò anima mea,*
*Quiesce, nomen inuoca*
*Dulcissimum regis tui.*
*Est ille munitissima*
*Arx inuocantibus eum.*

DOLET SE IAM SENEM FIEri, neque tamen ad huc cæpisse Deo ex animo seruire.



*Heu senecta crinibus*
*Iam sparsa canet, labitur*
*Aetas, vt vnda fluminis,*
*Auremq; vellens pallida*
*Mors admonet: Miser, ah miser*
*Quousque pergis somnia*
*Vmbrasq; vanas persequi?*

*Iam*

*Iam iam ſupremi Iudicis*
*Tribunal ad iuſtiſsimum*
*Siſtere, cordis intima*
*Qui ſenſa, qui dicta omnium,*
*Qui facta nouit omnia.*
*Hæc vera, certa iudicat*
*Mens, & relictis omnibus*
*Summè beato numini*
*Seruire totis viribus*
*Exoptat, ardet, nititur.*
*Sed heu miſella ſordidæ*
*Affixa terræ inaniter*
*Laborat: eia age ſubueni*
*IEſu benigne, ſubueni;*
*Tuamq́ dextram porrige.*
*Tu morte mortuum tua*
*Olim euocaſti ex inferis:*
*Nunc vita me viuum tua*

*Perire ne rursum ſinas.*
*Humana fac ſpernam omnia,*
*Nudumq́ te nudus ſequar,*
*Et ponderoſi corporis*
*Me ſolue tandem nexibus:*
*Vt pura mens, & integra,*
*Aeuo potita cœlitum,*
*Te ſancte, & optimum patrem,*
*Et ſempiternum Spiritum*
*Laudare nunquam deſinat.*
*IEſus ſuorum ſupplicum*
*Tutela, portus, gaudium,*
*Quæ tota mente deprecor*
*Concedet: ipſe gratias*
*Agam benigno numini,*
*Eiusq́ laudes pectore*
*Lætante ſemper concinam.*

QVAM

QVAM SIT DVLCIS ET SALVtaris vulnerum & tormentorum Christi assidua meditatio.

*IEsu tuorum vulnerum*
*Cruore sancto pascere*
*Me, quæso, nunquam desinas.*
*Me sanguis iste roborat,*
*Dulciq; replet gaudio:*
*Hoc est amoris poculum*
*Cœlestis, omnes sordidos*
*Pellens amores: ebria*
*Hac potione mens, sui*
*Et omnium fit immemor,*
*Quæcunque mundus continet,*
*Deumq; solum cogitat,*
*Tuumq; amorem feruidè,*
*Immense, nulli effabilis*

*Amor*

*Amor, beatis ſedibus*
*Tu maximi natum Dei*
*Deducis, ipſiq; induis*
*Mortale corpus: aſperam*
*Dein tollis illud in crucem.*
*Amabilis, dulciſsime*
*Amor, meis in ſenſibus*
*Tantas amoris excita*
*Flammas, vt vſtis nexibus*
*His ponderoſi corporis,*
*Alis tuis ad optimum*
*IEſum beatus aduolem.*

ORAT VT CHRISTI BENIgnitate, ſibi liceat piè, ſanctequé vitam agere.



*Vtela præſens omnium*
*Qui mente pura te colunt,*

*Da, quæso, nil vt cogitem,*
*Agam, loquar, quod numini*
*Tuo placere non queat:*
*Comis, benignus in bonos*
*Malosq́ sim, ne degener*
*Sim natus optimi patris,*
*Qui solis almo lumine*
*Illustrat omnes, omnibus*
*Potum, cibumq́ sufficit.*
*Legum tuarum per vias*
*Me continenter dirige,*
*Boniq́ quicquid egero,*
*Id esse totum muneris*
*Tui sciamq́, & prædicem.*
*Seu febris artus pascitur,*
*Seu miles vrit impius*
*Domum paternam, dicere*
*Laudes tibi ne desinam,*

*Sed cuncta numinis tui*
*Nutu regi nil ambigens,*
*Viuam quietus, filios*
*Dei secunda & aspera*
*Iuuent oportet, gloriam*
*Tuam patrisq; maximi,*
*Meæ saluti præferam:*
*Nec vlla res optatior*
*Queat mihi contingere,*
*Quam contumelias pati*
*Te propter: ipsa carior*
*Sit luce mors, vt corpore*
*Exutus, ad tui volem*
*Regni beata gaudia.*

GRATIAS AGIT CHRISTO, cuius beneficio è maximis periculis sit ereptus, & ad viam salutis reuocatus.



*Lux beata cælitum,*
*Mortalium fidiſsima*
*Tutela, quas agam tibi*
*IEſu benigne gratias?*
*Vt olim aberrans à grege*
*Ouis miſella ſaltibus*
*Formidoloſis delitet,*
*Voranda mox rapacibus*
*Feris: miſerrimus omnium*
*Sic ipſe per mala omnia*
*Cœcus ruebam: candida*
*Cum lux beati Spiritus*
*Tui refulſit, & viam*
*Quæ ducit ad felicium*
*Aeterna regna cælitum*
*Monſtrauit. iſta lux meæ*
*Mentis tenebras diſpulit,*
*Cordi meo dulciſsimi*

*Faces*

*Faces amoris iſta lux*
*Infixit. illo ex tempore*
*Te ſancte totus ardeo,*
*Te quæro amore ſaucius,*
*Videre vultum candidum,*
*Tuis frui complexibus*
*Mens ardet, ipſa iam nihil*
*Te præter vnum cogitat.*
*Non ſic decentem virginem*
*Furens amator deperit:*
*Non ſic tenellum filium*
*Parens vterque diligit.*
*Amoris æſtu liquitur*
*Cor molle, vt olim feruidis*
*Percuſſa cera ſolibus.*
*O flamma mentem frigerans,*
*Omneſq; labes excoquens,*
*Me ſemper in dies magis*

*Incende, perge adurere,*
*Consume, totum verteris*
*Me donec in faces tuas.*

QVERITVR MAGNAM HOminum partem relicto Christo rebus inanibus studere.

*IESV beate, si tuo*
*Amore sancto perfrui*
*Quam dulce sit, cognosce (rent,*
*Qui res inanes diligunt,*
*O quàm suæ dementiæ*
*Tæderet ipsos! vulnera*
*Acerba corporis tui*
*Tanta fluunt dulcedine,*
*Vt quisquis illa suxerit,*
*Opes, honores, omnia*
*Amata iam fastidiat,*
*Deiq́ sola gloria*

*Læte-*

*Lætetur, oblitus ſui.*
*Sed cæca gens his fontibus*
*Præfert lacunas lutidas*
*Et peſtilentes. Gratia*
*Magna tibi IESV maxime,*
*Qui me tuo puriſsimo*
*Lauas, alisq́ ſanguine.*


PRÆDICAT SE SINE TVTEla Chriſti in mala omnia præcipitem ruere.

*TE ſancte IEſu ſupplici*
*Adoro corde: cor tibi,*
*Meamq́ mentē dedico.*
*Vt bimulus puer ſua*
*Cuſtode ſi caret, ſibi*
*Magna creat pericula:*
*Sic ipſe, ſi deſit tui*
*Tutela præſens Spiritus,*

*In cuncta præcipitem mala.*
*Dulcis, benigne Spiritus.*
*Me quæso totum poßide,*
*Tuaq́; flamma incendito*
*Amore cor, illumina*
*Mentis tenebras, excoque*
*Quodcunq; inhæret noxii.*
*Fac semper in te gaudeam,*
*Opes, honores sordeant,*
*Summiq́; patris gloria*
*Sit luce carior mihi.*
*Seu pascit hortus lumina*
*Florum colore gemmeo,*
*Seu fons susurrans vitreis*
*Delectat vndis, illicò*
*Vox surgat in laudes Dei.*
*Sol, luna, fulgor siderum,*
*Lapsus perennes amnium,*

*Formoſa ſylua, frugibus*
*Ager redundans, omnia*
*Quæcunq; cerno, maximam*
*Sancti, beati numinis*
*Benignitatem cernere,*
*Manuq́; tractare faciant.*
*Hinc ipſe diſcam, comiter*
*Omnes iuuare, nemini*
*Nocere, purus, integer,*
*Deoq́; carus exigam*
*Quod reſtat æui: tranſuolans*
*Dein ſumma cœli ſidera,*
*Fruar perenni gaudio.*

## DE ARDENTI AMORE ſuo erga Chriſtum.


*More totus langueo,*
*Nec vlla iam datur quies,*

*IEſu benigne iam meam*
*Solare mentem, candidos*
*Oſtende vultus, lumine*
*Tuo beata lumina*
*Fac mea, nec oſculum precor*
*Amans amanti denega.*
*Tu ſponſus es animæ meæ,*
*Te quærit illa, lacrymis*
*Te continenter inuocat.*
*Tu ſancte, mortis è manu*
*Tuo redemptam ſanguine,*
*Tuiq́; amore ſauciam,*
*Odiſſe certè non potes.*
*Ergo miſella cur tuæ*
*Dulcedinem præſentiæ*
*Non ſentit? ah cur ſupplices*
*Venti querelas diſsipant?*
*Sed tu licebit anxio*

*Amantem amore torqueas,*
*Non illa amare desinet:*
*IESV tui tabescere*
*Amore, res dulcißima est.*

COMMENDAT ANIMVM SVum Deo, magnitudine morbi in extremum vitæ periculum adductus.

*REctor beate cælitum,*
*Qui sic amas mortalium*
*Salutem, vt almi filii*
*Cruore sancto laueris*
*Peccata eorum, suscipe*
*Serui precantis spiritum,*
*Qui fretus vnica tua*
*Benignitate, languidos*
*Artus libenter deserit,*
*Vt alta cæli sidera*

*Po-*

*Potens, fruatur optime*
*Pater, tua præsentia,*
*Et sempiterno gaudio.*

## AD CHRISTVM



*Lme puer, sanctis quem virgo amplectitur vlnis,*
*Virgo cœlesti numine facta parens,*
*Cernis vt exilis febris mihi pascitur artus,*
*Cernis quam sæuus concutit ossa tremor,*
*Quē sequitur miseras exurens flāma medullas*
*Vrit vt arentes lucida pruna faces.*
*Tu puer æternus, cui dat pater omnia posse,*
*Tutela humani sancte puer generis,*
*Si labefacta graui sub pondere tota recumbit*
*In te vno famuli spesq́ salusq́ tui,*
*Aut morbum pelle, aut vires mihi suffice, tanta*
*Queis possim læto pectore ferre mala.*

PARA-

PARAPHRASIS IN CARMEN Dauidis de morte Saulis Iudæorum regis, & Ionathæ eius filij.

*VRbes, & agri fundite*
*Lamenta, tristes sidera*
*Ad alta voces tollite,*
*Nostrum decus gens impia*
*Extinxit, altis montibus*
*Gens clara bello procidit.*
*Ne quæso Fama compitis*
*Hæc Ascalonis, aut Gethi*
*Perfer, puellas hostium*
*Ne tanta clades ad choros,*
*Cantusq; lætos excitet.*
*Abominata Gelboë,*
*Nec ros, nec imber educet*
*Herbam tuam, neq; in tuis*
*Iucunda vitis, aut seges*

*Pube-*

*Pubeſcat vnquam montibus.*
*Hic heu relictis parmulis*
*Phalanx piorum militum*
*Fugata turpiter cadit,*
*Hic dux cruento in puluere*
*Procumbit, ac ſi non foret*
*Gentis piæ rex inclytus.*
*Sagitta nunquam Ionathæ,*
*Cum ſæua obiret prælia,*
*Ictus ferebat irritos,*
*Sagitta velox, fortium*
*Potare docta ſanguinem.*
*Nec hoſtis vnquam vel pede,*
*Vel equo tulit ſeſe obuius*
*Impunè, cum Saules manu*
*Enſem rotaret impigra.*
*Saules parens, & Ionathæ*
*Parentis inclyti decus,*


*Iucundi, atque amabiles,*
*Vos non diremit impiæ*
*Vis dura mortis, copula*
*Quos vita dulci iunxerat.*
*Non fortior vobis leo*
*Errat Libyßis vallibus,*
*Regina non auium ocyor*
*Vobis, fugacem præpete*
*Penna columbam perſequens.*
*Vos ô decoræ virgines,*
*Quas induebat coccina*
*Rex veſte, quas monilibus*
*Ornabat aureis, date*
*Veſtro miſellæ lacrymas*
*Regi, miſellæ triſtibus*
*Sonent querelis omnia.*
*Vt militum ferocium*
*Infracta virtus concidit!*

*Vt Ionatha fortissime*
*In montibus tuis iaces*
*Confossus alto vulnere!*
*Has fundo lachrymas tibi,*
*Et hæc ab imo pectore*
*Suspiria, frater mihi*
*O luce cara dulcior.*
*Amate Ionatha mihi,*
*Quantum nec ardens candidam*
*Amans puellam deperit,*
*Quantum nec vnicam parens*
*Tenella natam diligit.*
*Vt militum ferocium*
*Infracta virtus concidit!*
*Vt Ionathas acerrimus*
*Parente cum fortissimo*
*In montibus cæsus iacet!*

FINIS.

# APPENDIX EX HYMNIS V. CL.
# GEORGII FABRICII CHEMNICENSIS.

## DEO PATRI OMNIPOTENTI.



*Ccedo te parens Deus,*
*Tuo vocatu, nil meis*
*Confisus actionibus,*
*Vlloq; dignus nomine.*
*Stipatus accedo tamen*
*Nato hinc tuo, illinc flamine.*
*Nati cruore recreor,*
*Fauore viuo flaminis.*
*Natus iubet, flamen trahit,*
*Ille os Dei, hic vigor patris:*
*Quorum vna tecum semper est*

*Mens & poteſtas & decus.*
*Sequor iubentem, nec queo*
*Nutum trahentis linquere.*
*Natum patronum ſuſtine,*
*Flatum aduocatum reſpice.*
*Ignoſce prauo, ſuffice*
*Vires iacenti, perdito*
*Succurre, vinctum libera,*
*Preſſum erige, indignum bea.*
*Choros vt inter cælites*
*Viuam ſoluto corporis*
*Vinclo caduci, per tuum*
*Reſuſcitatus filium.*

DEO FILIO IESV CHRI-
STO REDEMPTORI.



*Rare Chriſte me quoq;*
*Mandas, vocare, et poſcere.*
*Aures patentes ſunt Dei*

*Fiden-*

Fidenter inuocantibus.
Vides quibus periculis
Cœtus laboret ille, te
Qui confitetur, & tuo
Se iactitat de nomine.
Hunc Thraces annis plurimis
Vexant, nouis iam Sarmatæ
Læti premunt successibus,
Gens vtraque impia, horrida.
Hunc illa tetra bestia
Oenotris vndique impetit,
Ad arma reges, efferum
Ad arma vulgus concitans.
Non sustinebis opprimi,
Diris ab his latronibus,
Dictum tuo de nomine
Gregem, redemptum sanguine.
Exurge Christe, & Angelis

*Manda tuis, vt liberent*
*Mundi ſupremo tempore*
*Ad te gementem Eccleſiam.*
*Tum paruulum ad te me trahe,*
*Tuoq́ firma ſpiritu,*
*Vt ne tuo pro nomine*
*Vitam recuſem ponere.*

DEO SPIRITVI SANCTO PARACLETO.



*Viue patris ſpiritus,*
*Chriſtiq́ teſtis inclite,*
*Cum patre, cum Chriſto (vnica*
*Vis, altitudo, gloria.*
*Seruare quæ in vita iubes,*
*Nos imperitos edoce:*
*In morte ſcire quæ decet,*
*Obliuioſis ſuggere.*
*Ne veritatis obſtruat*

*Dæmon ſophiſta lumini,*
*Neu te Deum, teſtem Dei,*
*Humana mens irrideat.*
*Sis robur in periculis,*
*Solamen in ſuſpiriis,*
*Et aduocatus à mea*
*Nunquam recedas dextera.*
*Tum tempore hoc quos mobilis*
*Hypocritarum ſubdola*
*Fraus pellicit, quos perditus*
*Furor tyrannorum premit:*
*Heroica illos indue*
*Vultu tuo conſtantia,*
*Contraq́ mundi principem*
*Dona omnibus victoriam.*

DEO VNI TRINOQVE, PAtri, filio, ſpiritui ſancto.



*Ater creator maxime,*
*Quos condidisti, ne sine*
*Perire: custodi malis*
*Sed supplices ab omnibus.*
*Fili redemptor optime,*
*Tuo lauas quos sanguine:*
*Iram coërcens, improba*
*Mitis remitte crimina.*
*Sacrator alme Spiritus,*
*Nos erudis qui cælitus,*
*Post hæc caduca tempora*
*Ad regna duc cælestia.*

MATVTINO DIEI tempore.



*audem canamus debitam*
*Nostro patri, nostro Deo,*
*Qui prospera dedit suis*

*Frui quiete seruulis.*
*Qui somniorum noxia*
*Tulit procul ludibria:*
*Qui mille fraudes dæmonis*
*Sancto repreßit Angelo.*
*Ne fallat hostis, subdolis*
*Nocere doctus artibus,*
*Tuere, Christe, & in tuis*
*Fac ingredi vestigiis.*
*Ne cæca recto mens scopo*
*Aberret, & ne deuiet,*
*Emitte claram cælitus*
*Lucem tibi credentibus.*
*Vt si soluta corporis*
*Humana mens sit vinculis,*
*Apud Deum cælestibus*
*Felix fruatur gaudiis.*
*Virtus, honos, & gloria*

Cum patre Christe sit tibi.
Et cum pio spiramine,
In hoc & illo seculo.

HORIS MERIDIANIS.

QVi pro reis mortalibus
Pœnam subis innoxius,
Cælcste lumen mentibus
Infunde caligantibus.
Ignosce lapsis crimina,
Da recta prauis pectora:
Vt corrigentes impiam
Vitam, assequamur gratiam.
Auerte damna publica,
Et cuncta tolle tristia:
Meridiani comprime
Iram minacem dæmonis.
Vt hoste victo pessimo,
Magnæ Deus victoriæ

*Tollatur auctor laudibus,*
*Sacris colatur canticis.*
*Ne si fugemur territi,*
*Immanis hostis opprimat,*
*Captosq́ vinculis premat,*
*Iugoq́ colla conterat.*
*Virtus, decus, potentia*
*Patri sit atque filio,*
*Cum sacrosancto Flamine*
*In sempiterna secula.*

### VESPERTINO DIEI tempore.


*Nate patris vnice,*
*Te nos rogamus supplices,*
*Vt des quietem prosperam,*
*Leuesq́ somnos irriges.*

*O vera lux, verus dies,*
*Noctis fuga caligines,*
*Somnos graues & anxia*
*Depelle clemens somnia.*
*Ne cœca tendat retia,*
*Neu perdat incautos veta,*
*Communis hostis omnium,*
*Nomen Dei fatentium.*
*Siccis cruentus faucibus*
*Qui quærit, vt leo ferus,*
*Quem captet, vmbris Tartari*
*Demergat et crudelibus.*
*Manu tua nos assere,*
*Malisq́; cunctis eripe:*
*Vt vera Christe gaudia*
*Sint in perenni patria.*
*Honor patri cum filio,*
*Sacro simul cum spiritu,*

Trinoq́ꝫ & unico Deo
Dicatur omni ſeculo.

PECCATOR.

DE corde toto torqueor
Senſu doloris intimo,
Vultu quòd à tuo Deus
Peccator ingens arceor.
Velut leonis dentibus
Membris reuulſis differor,
Iacens miſer velamine
Vt menſtruato, ſordeo.
Vt pondus alti Sionis,
Delicta me premunt mea:
Contraq́ꝫ vt Hermon arduus
Nituntur heu me perditum.
Cor inſtar vndæ diffluit,
Telis acutis vulneror,
Vires iacent, artus ſtupent,

*Ab inferis abſorbeor.*
*Indignus iſtam ſcilicet*
*Lucem tueri, dignior*
*Propter reatus maximos*
*Damnari, & à Deo abiici.*
*Sic preſſus, eheu, recreor*
*Tua pater clementia,*
*Quæ facta per te nobilis,*
*Nulli negata eſt pauperi.*
*Tibi Manaſſes cædibus*
*Pollutus, & rex bellua*
*Factus, placent: dum ſupplices*
*Tuam requirunt gratiam.*
*Dauid receptus eſt miſer,*
*Et flens receptus Petrus eſt:*
*Iam Paulus, illum prædicat*
*Iuratus ante perdere.*
*Te Chriſte peccatrix mouet*

Afflicta, te clamans latro:
His dignus omnibus minus,
Commissa plango crimina.
Ne solum in vnius caput
Infesta mitte fulmina,
Dignum Deo est, dignum male
Perire, si seruaueris.
Serua Deus, seruare te
Nam nullus excepto potest.
Vna cruoris filii
Aegrum resperge guttula.
Tuus leuet me spiritus
Totis iacentem viribus:
Ego omnium sim, qui tuum
Regnum colant, vel infimus.

CONTRA HOSTES ÆTATIS TENERAE.

## CARMINA DE DEO PATRI.

*PEccauimus pater tibi,*
*Tuisq́ue iußis viuere*
*Ingrata gens neglexi-*
*mus.*
*Hinc ira detonat tua*
*Iuſta in rebelles filios.*
*In nos ab vltimo mari*
*Inſurgit atra bellua*
*Rictus aperta, vt lancinet*
*Noſtra & parentum corpora.*
*Deus pater per filium*
*Nos libera mitis tuum,*
*Tuisq́ue ſanctis Angelis*
*Os ſæuientis reprime,*
*Vt victa vis tyrannica,*
*Solum deum te ſentiat.*

DEO

## DEO FILIO.

HEu Christe, quicquid est, malum est,
Mens, vita, cogitatio,
Mores, & actus & caro:
Hinc vndiq; crux imminet,
Et mors, & arma Turcica
In nos proteruos perfurunt.
A morte quis nos eripit?
Aut quis tuetur à fero
Paruos tyranno? præter ô
Te Christe, cuius in sinu
Gestamur atq; brachiis.
Per te, tuam fidem, sacra
Per obsecramus vulnera,
Defende, quos fuso tibi
Cruore blandus asseris.

## CARMINA DE DEO SPIRITVI SANCTO.



*Vod eloqui vox balbula*
*Neſcit, potens facundiæ*
*Loquare, ſancte ſpiritus.*
*In nos metus & omnia*
*Exempla pœnarum ruunt,*
*Matrumq́; fletus vberes*
*Micante corde cernimus.*
*Deus, die quem nocteq́;*
*Caſta ſalutamus prece,*
*Serua puſillos, & truces*
*Auerte vultus hoſtium,*
*Et frange vires dæmonum.*
*Pugnante pro nobis Deo,*
*Coguntur arma principum*
*Ferocientum cedere.*

PRO REMISSIONE
peccatorum.

*Aufer à nobis Domine cunctas iniquitates nostras.*



*Gnosce mitis & bonus*
*Cunctis iniquitatibus.*
*Tua ingredi sacraria*
*Puris queamus mentibus.*
*Tuo redemptam sanguine,*
*O Christe gentem respice:*
*Aeterna nec per tempora*
*Iratus, infer fulmina.*
*Audi preces clamantium,*
*Nec sperne vota supplicum,*
*O Christe pro nobis tuum*
*Orans Parentem mitiga.*

VENITE REVERTAMVR
ad Dominum.


*Enite, rurſus ad Deum*
*Gradu citato currite:*
*In cuius eſt clementia,*
*Tutela, ſpes, redemptio.*
*Ceu rugientis beſtiæ*
*Nos dißipauit rictibus,*
*Sed admouebit patriam*
*Noſtro dolori dexteram.*
*Notauit ille liuido*
*Nos ſauciatos verbere,*
*Idem cruore tabida*
*Ipſe alligabit vulnera.*
*Perferte adhuc vnum diem,*
*Vnumq́; adhuc quieſcite,*
*En vita, pax, perennitas,*
*Die redibunt tertio.*
*Tunc multa gens ab omnibus*
*Accurret orbis terminis,*

*Et ante conspectum Dei*
*Hymnis sonabit dulcibus.*

IESV CHRISTE RESPIcere digneris super me miserum.



*Christe IEsu, qui sinis*
*Planè perire neminem:*
*Et id profuso largiter*
*Probas Redemptor sanguine.*
*In me iacentem, plurimo*
*Fœdum reatu, respice,*
*Illo beato patriæ*
*Miserationis lumine:*
*Quo Petrus aulæ in atrio,*
*Et Magdalis conuiuio,*
*Et in crucis latro tibi*
*Visus fuit patibulo.*
*Hanc da petenti gratiam,*

*Vt cum Petro dignè fleam:*
*Cum Magdali te diligam,*
*Et cum latrone te ſequar,*
*Ad illa cæli gaudia,*
*Audita nullis auribus,*
*Quæ non poteſt mens aſſequi,*
*Sonare lingua, os eloqui.*

SVMENTIS CORPVS, ET bibentis ſanguinem Domini Oratio.



*I corpora [illegible] uamus*
*Gem [illegible] us &*
*[illegible] amici*
*[illegible] potentis:*
*[illegible] quibusq;*
*[illegible] aratu,*
*[illegible] ipſis*


*Vene-*

*Venerandas cultus adibo?*
*Tunc mens ornata placenſq́;*
*Cùm preſſa grauamine multo,*
*In ſolo quærit & vno*
*Chriſto veniam atq; fauorem.*
*En porrigit ipſe iubetq́;*
*Quid ſumere tarde recuſas?*
*Partitum mandere panem,*
*Pateramq́; haurire cruoris.*
*T*[illegible]*ns hoc fœderis inſtar,*
[illegible]*us r*[illegible]*mur vt vnum:*
[illegible]*tor*[illegible]*ues & amplus*
[illegible]*is*[illegible]*rta relinquit.*
[illegible]*u*[illegible]*nanna*
[illegible]*us Ebræis:*
[illegible]*pe dediſti*
[illegible]*ibus vndas:*
[illegible]*, rogamus,*

Tu potus & esca salutis:
Humanos sanguine delens,
Inopum miserate, reatus.
Da cor pietatis amore
Flagrans, peccato inimicum,
Sanctiq́ue & labe carentes
Veniant in pectora motus.
Ita mens mea diligat omnes,
Aliis seruire parata,
Pendens cruce sicut in alta
Immundum Christe piasti.
Absit tremor omnis & horror,
Si vultus fortè tyranni
Instet, iubeatq́ue tenaci
Rigidum decedere mente.
Hæc qui per sacra fidemq́ue
Habitat penetralia cordis
Meus est quoq́ue factus, & ille

*Pars noſtri corporis idem.*
*Quæ cùm benefacta recordor,*
*Mensq́ inflammata coegit,*
*Me corporis atq́ cruoris*
*Epulas guſtare ſalubres:*
*Te tempore laudibus omni*
*Cantem, venererq́ colamq́*
*Et per quam parta ſalus eſt,*
*Mortem contempler acerbam.*

FINIS.



# M. ANTONII FLAMINII PARAPHRASIS
## in psalmos triginta.



*VM nigra iucundos per languida membra sopores*
*Nox irrigat mortalium,*
*Tu mecum tacitis hymnos meditare sub umbris*
*Cantu Latino barbite.*
*Iesseo quondam Heroi modulate, tyranno*
*Qui siue pulsus à fero*
*Montibus in solus erraret, siue reuersus*
*In patriam, ditissimas-*
*Vrbes, & latos populos ditione teneret,*
*Noctes diesq; maximo*
*Cælicolum regi laudes cantare solebat.*
*At vos beati cælites,*
*Est tutela quibus vatum commissa piorum,*
*Adeste quæso dexteri,*
*Et quæcunq; Syros docuit rex optimus olim,*
*Per Italas vrbes lyra*
*Dum memorare iuuat, facilem concedite can-*
*Rebusq; dignum maximis. (tum,*

## PSALMVS I.

BEatus ille qui nec audit impios,
Nec perſeuerat improbus
Peccare, nec lætatur irriſoribus
Se peſſimis adiungere,
Sed mente pura diligit leges Dei,
Illasq; ſemper cogitat.
Seu nox ſopore amabili, ſeu lumine
Sol candido terram irrigat.
Quales perennes orta propter riuulos
Arbor feraces ramulos
Ornat quotannis fructuum lætiſſima
Pulcherrimorum copia,
Suumq; honorem ſeruat omni tempore
Denſis amicta frondibus:
Talis piorum eſt vita, talis omnium
Colentium leges Dei.
Hi quicquid vnquam molientur, exitus
Illo fauente proſperos
Habebit. haud ſic improbi, ſed puluerem
Vt turbo latè diſiicit,
Sic iactat illos impetus libidinum,
Nulloq; conſiſtunt loco.

*Ergo ſupremi iudicis cum venerint*
*Tribunal ad iuſtiſsimum,*
*Cauſa cadentes, à bonorum candida*
*Turba procul, miſerrimi*
*Trudentur ima in tartara. quoniam Deus*
*Mores piorum diligit.*
*At turpiter qui vitam agit, cruciatibus*
*Hunc ſempiternis afficit.*

PSALMVS. III.

*PAter beate quid eſſe cauſæ exiſti-*
*Cur impio bello furens (mē,*
*Me perſequatur immerentē ciui-*
*Meam ſalutem perditā, (tas?*
*Et derelictā, populus, à tua pater*
*Benignitate prædicat.*
*Sed quiſq; quod habet loquatur, tu decus,*
*Certumq; præſidium meum es.*
*Nunquam fidem tuam pia inuoco prece,*
*Quin vocibus dexter meis*
*Aures benignas præbeas, & ſupplici*
*Optata dones omnia.*
*Ergo quieta mente vtramuis dormiam*
*In aurem, & hoſtium minas*
*Ridebo vanas, nullus vllo tempore*
*Belli tumultus aut ferox*

*Me præliorum territabit impetus,*
*Non si trecentis militum*
*Me vallet hostis millibus, & vndiq;*
*Mortem minentur omnia.*
*Exurge vindex scelerum, & hostium feram*
*Compesce vim crudelium,*
*Qui sæpe, sæpiusq; me grauißimis*
*Iam liberasti casibus.*
*Tu perdidisti Saulem, & omnes impios,*
*Qui belluarum immanium*
*Instar, salutem, et sanguinem meum hiantibus*
*Sæui appetebant faucibus.*
*Solus salutem, solus ô dulcißime*
*Pater bona omnia sufficis:*
*Solus colentibus pie numen tuum*
*Aeterna donas gaudia.*

PSALMVS VI.

*NE quæso domine me tuus furor opprimat,*
*Néue ira sæuiat tua:*
*Sed qui pater mihi es, paterna filiũ*
*Seueritate punias.*
*Miserere domine iam mei, iam tristibus*
*Aurem querelis admoue:*
*Nam dira morbi vis misellum conficit,*
*Me vita destituit mea.*

CARMINA DE

## DEO PATRI.

PEccauimus pater tibi,
Tuisq; iußis viuere
Ingrata gens neglexi-
mus.
Hinc ira detonat tua
Iusta in rebelles filios.
In nos ab vltimo mari
Insurgit atra bellua
Rictus aperta, vt lancinet
Nostra & parentum corpora.
Deus pater per filium
Nos libera mitis tuum,
Tuisq; sanctis Angelis
Os sæuientis reprime,
Vt victa vis tyrannica,
Solum deum te sentiat.

DEO FILIO.

HEu Christe, quicquid est,
malum est,
Mens, vita, cogitatio,
Mores, & actus & caro:
Hinc vndiq; crux imminet,
Et mors, & arma Turcica
In nos proteruos persurunt.
A morte quis nos eripit?
Aut quis tuetur à fero
Paruos tyranno? præter ô
Te Christe, cuius in sinu
Gestamur atq; brachiis.
Per te, tuam fidem, sacra
Per obsecramus vulnera,
Defende, quos fuso tibi
Cruore blandus asseris.

## CARMINA DE DEO SPIRITVI SANCTO.

*QVod eloqui vox balbula*
*Nescit, potens facundiæ*
*Loquare, sancte spiritus.*
*In nos metus & omnia*
*Exempla pœnarum ruunt,*
*Matrumq́ fletus vberes*
*Micante corde cernimus.*
*Deus, die quem nocteq́*
*Casta salutamus prece,*
*Serua pusillos, & truces*
*Auerte vultus hostium,*
*Et frange vires dæmonum.*
*Pugnante pro nobis Deo,*
*Coguntur arma principum*
*Ferocientum cedere.*

## PRO REMISSIONE peccatorum.

*Aufer à nobis Domine cunctas iniquitates nostras.*

*IGnosce mitis & bonus*
*Cunctis iniquitatibus.*
*Tua ingredi sacraria*
*Puris queamus mentibus.*
*Tuo redemptam sanguine,*
*O Christe gentem respice:*
*Aeterna nec per tempora*
*Iratus, infer fulmina.*
*Audi preces clamantium,*
*Nec sperne vota supplicum,*
*O Christe pro nobis tuum*
*Orans Parentem mitiga.*

## VENITE REVERTAMVR ad Dominum.


*Enite, rurſus ad Deum*
*Gradu citato currite:*
*In cuius eſt clementia,*
*Tutela, ſpes, redemptio.*
*Ceu rugientis beſtiæ*
*Nos diſsipauit rictibus,*
*Sed admouebit patriam*
*Noſtro dolori dexteram.*
*Notauit ille liuido*
*Nos ſauciatos verbere,*
*Idem cruore tabida*
*Ipſe alligabit vulnera.*
*Perferte adhuc vnum diem,*
*Vnumq́; adhuc quieſcite,*
*En vita, pax, perennitas,*
*Die redibunt tertio.*
*Tunc multa gens ab omnibus*
*Accurret orbis terminis,*

*Et ante conſpectum Dei*
*Hymnis ſonabit dulcibus.*

IESV CHRISTE RESPIcere digneris ſuper me miſerum.



*Christe IEſu, qui ſinis*
*Planè perire neminem:*
*Et id profuſo largiter*
*Probas Redemptor ſanguine.*
*In me iacentem, plurimo*
*Fœdum reatu, reſpice,*
*Illo beato patriæ*
*Miſerationis lumine:*
*Quo Petrus aulæ in atrio,*
*Et Magdalis conuiuio,*
*Et in crucis latro tibi*
*Viſus fuit patibulo.*
*Hanc da petenti gratiam,*

*Vt cum Petro dignè fleam:*
*Cum Magdali te diligam,*
*Et cum latrone te ſequar,*
*Ad illa cœli gaudia,*
*Audita nullis auribus,*
*Quæ non poteſt mens aſſequi,*
*Sonare lingua, os eloqui.*

SVMENTIS CORPVS, ET bibentis ſanguinem Domini Oratio.


*SI corpora noſtra lauamus*
*Gemmisq́; ornamus & auro,*
*Cùm ſplendida forſan amici*
*Domus eſt adeunda potentis:*
*Quo mentis honore, quibusq́;*
*Ornatibus atq; paratu,*
*Epulas cœleſtibus ipſis*

*Venerandas cultus adibo?*
*Tunc mens ornata placensq́;*
*Cùm pressa grauamine multo,*
*In solo quærit & vno*
*Christo veniam atq; fauorem.*
*En porrigit ipse iubetq́;*
*Quid sumere tarde recusas?*
*Partitum mandere panem,*
*Pateramq́; haurire cruoris.*
*Tribuens hoc fœderis instar,*
*Corpus reddamur vt vnum:*
*Genitor ceu diues & amplus*
*Natis bona parta relinquit.*
*Idem qui dulcia manna*
*Populis largitus Ebræis:*
*Qui dura è rupe dedisti*
*Gratas sitientibus vndas:*
*Sis nobis Christe, rogamus,*

*Tu potus & esca salutis:*
*Humanos sanguine delens,*
*Inopum miserate, reatus.*
*Da cor pietatis amore*
*Flagrans, peccato inimicum,*
*Sanctiq́; & labe carentes*
*Veniant in pectora motus.*
*Ita mens mea diligat omnes,*
*Aliis seruire parata,*
*Pendens cruce sicut in alta*
*Immundum Christe piasti.*
*Absit tremor omnis & horror,*
*Si vultus fortè tyranni*
*Instet, iubeatq́; tenaci*
*Rigidum decedere mente.*
*Hæc qui per sacra fidemq́;*
*Habitat penetralia cordis*
*Meus est quoq; factus, & ille*

*Pars noſtri corporis idem.*
*Quæ cùm benefacta recordor,*
*Mensq́ inflammata coegit,*
*Me corporis atq́ cruoris*
*Epulas guſtare ſalubres:*
*Te tempore laudibus omni*
*Cantem, venererq́ colamq́*
*Et per quam parta ſalus eſt,*
*Mortem contempler acerbam.*

FINIS.



# M. ANTONII FLA-MINII PARAPHRASIS in psalmos triginta.



*VM nigra iucundos per lan-*
*guida membra sopores*
*Nox irrigat mortalium;*
*Tu mecum tacitis hymnos*
*meditare sub umbris*
*Cantu Latino barbite.*
*Iesseo quondam Heroi modulate, tyranno*
*Qui siue pulsus à fero*
*Montibus in solis erraret, siue reuersus*
*In patriam, ditissimas-*
*Vrbes, & latos populos ditione teneret,*
*Noctes diesq́; maximo*
*Cælicolum regi laudes cantare solebat.*
*At vos beati cælites,*
*Est tutela quibus vatum commissa piorum,*
*Adeste quæso dexteri,*
*Et quæcunq; Syros docuit rex optimus olim,*
*Per Italas urbes lyra*
*Dum memorare iuuat, facilem concedite can-*
*Rebusq́; dignum maximis.* *(tum,*

# PSALMVS I.

*BEatus ille qui nec audit impios,*
*Nec perseuerat improbus*
*Peccare, nec lætatur irrisoribus*
*Se pessimis adiungere,*
*Sed mente pura diligit leges Dei,*
*Illasq; semper cogitat.*
*Seu nox sopore amabili, seu lumine*
*Sol candido terram irrigat.*
*Quales perennes orta propter riuulos*
*Arbor feraces ramulos*
*Ornat quotannis fructuum lætissima*
*Pulcherrimorum copia,*
*Suumq; honorem seruat omni tempore*
*Densis amicta frondibus:*
*Talis piorum est vita, talis omnium*
*Colentium leges Dei.*
*Hi quicquid vnquam molientur, exitus*
*Illo fauente prosperos*
*Habebit. haud sic improbi, sed puluerem*
*Vt turbo latè disiicit,*
*Sic iactat illos impetus libidinum,*
*Nulloq; consistunt loco.*

*Ergo ſupremi iudicis cum venerint*
*Tribunal ad iuſtiſsimum,*
*Cauſa cadentes, à bonorum candida*
*Turba procul, miſerrimi*
*Trudentur ima in tartara. quoniam Deus*
*Mores piorum diligit.*
*At turpiter qui vitam agit, cruciatibus*
*Hunc ſempiternis afficit.*

PSALMVS. III.

*PAter beate quid eſſe cauſæ exiſti-*
*Cur impio bello furens (mē,*
*Me perſequatur immerentē ciui-*
*Meam ſalutem perditā, (tas?*
*Et derelictā, populus, à tua pater*
*Benignitate prædicat.*
*Sed quiſq; quod habet loquatur, tu decus,*
*Certumq; præſidium meum es.*
*Nunquam fidem tuam pia inuoco prece,*
*Quin vocibus dexter meis*
*Aures benignas præbeas, & ſupplici*
*Optata dones omnia.*
*Ergo quieta mente vtramuis dormiam*
*In aurem, & hoſtium minas*
*Ridebo vanas, nullus vllo tempore*
*Belli tumultus aut ferox*

*Me præliorum territabit impetus,*
*Non si trecentus militum*
*Me vallet hostis millibus, & undiq;*
*Mortem minentur omnia.*
*Exurge vindex scelerum, & hostium feram*
*Compesce vim crudelium,*
*Qui sæpe, sæpiusq; me grauissimis*
*Iam liberasti casibus.*
*Tu perdidisti Saulem, & omnes impios,*
*Qui belluarum immanium*
*Instar, salutem, et sanguinem meum hiantibus*
*Sæui appetebant faucibus.*
*Solus salutem, solus ô dulcissime*
*Pater bona omnia sufficis:*
*Solus colentibus pie numen tuum*
*Aeterna donas gaudia.*

## PSALMVS VI.



*E quæso domine me tuus furor op-*
*Néue ira sæuiat tua: (primat,*
*Sed qui pater mihi es, paterna filiũ*
*Seueritate punias.*
*Miserere domine iam mei, iam tristibus*
*Aurem querelis admoue:*
*Nam dira morbi vis misellum conficit,*
*Me vita destituit mea.*

*Suspirijs, lacrymisq́; motus est meis,*
*Dominus pias preces meas*
*Benignus audiuit, salutem supplici*
*Donauit optimus pater:*
*Ergo erubescant, & dolore pessimi*
*Rumpantur hostes, & meæ*
*Felicitati quisquis inuidet, procul*
*Fugiat metu perterritus.*

## PSALMVS. XI.

*DEO mea spes, nititur, quid dicitis,*
*Vestris vt auolem procul*
*A montibus? misella sicut auicula,*
*Quam sæuus accipiter feris*
*Adurget vnguibus, fama rabida furens.*
*AMI. Quia hostis ecce barbarus,*
*Arcum tetendit iam, suas vt imbuat*
*Tuo sagittas sanguine,*
*Et dissipatis legibus, miseris nihil*
*Ad spem salutis linquitur.*
*DA. At ego quid egi, cur meam vitam mihi*
*Auferre tendat impius?*
*Sed præsidet templo Deus sancto, Deus*
*Cælum beatus incolit:*

*Hinc*

*Hinc perſpicaci cuncta luſtrat lumine*
*Rerum omnium arbiter parens,*
*Sua vt potente dextera bonos iuuet,*
*Malosq́; iuſtus puniat.*
*Explorat ille ſæpe rebus aſperis*
*Pios, vt aurum feruidus*
*Explorat ignis, opprimi tamen vetat,*
*Contraq́; tempus ad breue*
*Florere permittit malos, cruciatibus*
*Quos deinde longis afficit.*
*Quapropter hoſtis impius niſi iam ſuo*
*Ponit furori terminum,*
*Prædico, funditus peribit obrutus*
*Igne, procellis, ſulphure.*
*Namq́; æquus æquitatem amat Deus, & pios*
*Placido intuetur lumine.*

PSALMVS XII.



*Enigne cælitũ pater, ſerua obſecro,*
*Opemq́; fer, pauciſsimi*
*Nam ſunt, quibus confidere, ac poſ-*
*ſim meam*
*Tutò ſalutem credere.*
*Mendacio iam pulſa turpi veritas*
*Receſsit alma ab vrbibus,*

*Fidesq́;*

*Fidesq́, ſanctusq́ pudor, & ſoror illius*
*Sinceritas amabilis.*
*Quod ſi quis vnquam blandiatur, & omnia*
*Loquatur ore dulcia,*
*Tu vero ab illo tibi potiſſimum caue,*
*Te lingua blanda ab improbo*
*Auellat ore præpotens rerum Deus.*
*Tu magna qui ſemper loqui*
*Gaudes, eum iratum, tuæq́ vindicem*
*Linguæ proteruæ ſentias:*
*Tu qui furore percitus; lingua mea*
*Opes mihi & potentiam,*
*Dicis, parabo, liberum os gero, & geram*
*Semper, quis imperat mihi?*
*At hæc nefandus, dum nefaria euomit;*
*Cæleſtium rex maximus*
*Orationis impiæ ſuperbia*
*Commotus, Exurgo iam ait,*
*Exurgo, iamq́ opem ſalutarem affero*
*Benignus afflictis, mihi,*
*Qui vexat illos, impius pœnas dabit.*
*Sincera verba numinis*
*Auroq́ puriora ſunt puriſſimo,*
*Quod igne ſæpe, ac ſæpius*

*Purga-*

*Purgauit artifex monile regio*
*Sponſo laborans nobile.*
*Tu gente nos ab impia rex optime*
*Seruabis, & clementiæ*
*Scuto tuæ firmiſſimo tela hoſtium*
*Longe repelles omnia.*
*Tuti vagantur improbi, & bonis malam*
*Peſtem, doloſq; comparant,*
*Contaminata mente cum vir vrbibus,*
*Seruire dignus, imperat.*

## PSALMVS XIII.



*VOuſq; Domine linquor in tantis malis?*
*O columen & ſalus mea:*
*Quouſq; pergis eſſe non memor mei?*
*Dic, oro, quamdiu dies,*
*Noctesq; lacrymis madebo, & anxius*
*Deliberando diſtrahar?*
*Quouſq; ſupplicem tuæ clementiæ*
*Crudelis hoſtis opprimet?*
*Aures tuæ ſatis diu pater à meis*
*Abhorruere queſtibus:*

*Satis,*

*Satis, superq́ vultus auersus tuus*
*Omnem mihi lucem abstulit,*
*Iam, quæso, iam candore luminis sacri*
*Meas tenebras dissipa,*
*Ne forte durus mortis obrepat sopor,*
*Dum nulla donatur quies.*
*Ne, quæso, ne amplius in mala insultans mea*
*Triumphet hostis gaudio,*
*Sed quanquam ab omnibus misera salus mea*
*Proiecta sit mortalibus;*
*Bonam tamen spem non ego abijciam tuæ*
*Nitens opis fiducia.*
*Pater beate maximas tibi gratias*
*Ago, tuum qui supplicem*
*Tam dexter audis, & malorum fluctibus*
*Tantis benignus eripis.*
*Iam iam querelas flebiles, suspiria*
*Iam pono lætus tristia,*
*Et fonte quicquid carminis fluet meo,*
*Pater tibi omne consecro.*

## PSALMVS XV.



*ATER supreme quis tuum templum incolet?*
*Dic, oro, monte quis acquiescet in tuo?*

*Qui purus omni à labe iustitiam colit,*
*Qui diligenter curat, vt mentem mala*
*A cogitatione seruet integram.*
*Nec immerentes ore vexat improbo,*
*Nec alteri nocere solummodo cauet,*
*Sed si quis vllum lædat, auxilio venit,*
*Iniuriamq́ prohibet. hic malum, licet*
*Ditißimum, licet potentem, negligit.*
*At quos amantes viderit Deum, colit,*
*Veretur, obseruat, loco quanquam infimo*
*Iacere cernat rerum egentes omnium.*
*Nec, siquid vnquam iuret, vnquam peierat.*
*Non ille fœnori pecuniam daret:*
*Illamue reciperet, licet pauperrimus,*
*Vt innocentes opprimat, vel maximam.*
*Qui seruat hæc, immobilis semper manet,*
*Deoq́ carus viuit, & mortalibus.*

## PSALMVS XXIII.




*EX cælitum est pastor meus,*
*Nihil boni deerit mihi,*
*Vberrimis in pascuis,*
*Amœna propter flumina*
*Me spiritus sanctißimi*
*Aura beata recreat,*

*Dul-*

*Dulciq; mentem pabulo*
*Nutrit suæ scientiæ.*
*Miserrimus animus meus*
*Dum longiùs abit à Deo,*
*Errauerat procul à via,*
*Quæ ducit ad cælestium*
*Oras beatas. at Deus*
*Meæ misertus miseriæ,*
*Benignitate maxima*
*Quæsiuit illum vltro, & sui*
*Reduxit ad caulas gregis.*
*Si solus sola per loca*
*Inermis eam, vbi plurima*
*Imago mortis territat:*
*Interritus perrexero*
*Custode securus Deo.*
*Me virga pastor optime*
*Coercet errantem tua,*
*Ne grauiùs offendar cadens*
*Tuo bacillo fulcior.*
*Me mensa roborat tua,*
*Me dulcis exhilarat calix*
*Tuus, oleo foueor tuo,*
*Nec me pater dulcissime*
*Per has inexplicabiles*

*Vias euntem deſeres*
*Vunquam, ſed ad tuam domum*
*Duces, vbi vita fruar*
*Et ſempiterno gaudio.*

## PSALMVS XXX.



*E ſemper efferã pater ſanctiſsime*
*Cantu meorum carminum,*
*Qui me tenebris miſerorum, & horrida*
*Lethi extuliſti ianua.*
*Tua benignitate perfectum eſt, meis*
*Ne riſus hoſtibus forem.*
*Domine pia prece inuocatus, tabido*
*Morbum expuliſti corpore.*
*Iam iam ſub imas ire terras cœperat*
*Mœrens anima, iam nexibus*
*Soluta cari corporis dulciſsimas*
*Linquebat oras ætheris,*
*Cum reſtituta viuere, & iuſſa eſt frui*
*Lucis cupito munere.*
*Adeſte, caſtæ virgines, homines pij*
*Adeſte, mecum laudibus*
*Deum benignum tollite, agite gratias,*
*Quantas poteſtis maximas*

*Incom-*

*Incomparabili illius clementiæ.*
*Vt vere nimbus vuido*
*Vix ortus euanescit, Aquilonis feri*
*Si spiritus superuenit:*
*Sic ira sancti numinis breuissima est,*
*At illius benignitas*
*Semper salutem, semper hominibus pijs*
*Sincera præbet gaudia.*
*Quòd siquid vnquã incommodi interuenerit,*
*Deo fauente celeriter*
*Multiplicatis commodis rependitur.*
*Verum ipse victus hostibus,*
*Et constituta pace, cum mihi omnia*
*Feliciter succederent,*
*Demens ad hunc modum loquebar, nulla vis,*
*Me nulla iam potentia*
*Deijcere poterit hoc statu rerum optimo.*
*Tu scilicet regnum meum,*
*Measq; fortunas ita stabilиueras,*
*Vt montis instar omnibus*
*Habere visa sint. at hoc nulla mihi*
*Virtute contigerat mea,*
*Sed liberalitate maxima tua,*
*Quod ne mihi ignotum foret,*

*Illamq́ꝫ stultam opinionem vt ponerem,*
*Paulisper auersus mihi*
*Memet reliquisti domine, suntq́ꝫ illico*
*Mutata, versaq́ꝫ omnia.*
*Tum lacrymans, vocesq́ꝫ lamentabiles*
*Fundens, quid, inquam maxime*
*Rex cælitûm, quid vita proficiet mea*
*Restincta morte tam cita?*
*Ecquid sepulcro lingua condita poterit*
*Cantare nominis tui*
*Laudes? tibiue docta dextra psallere?*
*Ne, quæso, supplicis tui*
*Nouissimo in casu precem contemptam habe:*
*Sed pestilentem corpore*
*Depelle morbum de meo. Sic lacrymans*
*Orabam; at ipse tristibus*
*Aurem querelis admouens, pro lugubri*
*Mœrore læta gaudia,*
*Pro fœditate vestium squalentium*
*Vestem dedisti candidam.*
*Itaq́ꝫ tibi ingenium meum & studia mea,*
*Meamq́ꝫ vocem consecro,*
*Semper tibi laudes cithara dicet mea,*
*Semper tuam clementiam*

*Canta-*

*Cantabo, ſemper gratias tibi maximas*
*Agam pater ſanctiſsime.*

PSALMVS XLII.



*T cerua fontem anhela quærit anxiè,*
*Quam vis canum ſagacium*
*Vexauit, vrit arua dum ſol igneus,*
*Sic te pater dulciſsime*
*Deſiderat anima mea, cor meum tuam*
*Sic expetit præſentiam.*
*O ſi niuea lux illa fulgeat mihi!*
*Cum liceat ad templum Dei*
*Adire, & hymnos numini auguſtiſsimo*
*Cum gente ſancta dicere.*
*Noctes, dieſq; lacrymæ triſtiſsimæ*
*Fuere pro cibo mihi,*
*Dum continenter ſciſcitantur impiæ*
*Gentes, Deus meus vbi ſit.*
*Cur ille, dicunt, exulem ſeruum ſuum*
*Tantis relinquit in malis?*
*Iam fracta virtus ponderi ſuccumberet*
*Rerum aſperarum, niſi bona*
*Fulciret illam ſpes, & animum reficeret*
*Iucunda cogitatio,*

*Nimirum adhuc tempus fore, cum ad amabilē*
*Redibo lætus patriam.*
*Tunc me meorum multitudo ciuium*
*Immensa gratulantium*
*Templum Dei deducet ad ſanctiſsimum:*
*Tunc ciuitas clamoribus*
*Fauſtiſsimis ſonabit, omnia tinnulis*
*Latè ſonabunt plauſibus.*
*Ergo bona tibi tanta ô anima mea à tuo*
*Promiſſa cum ſcias Deo;*
*Cur non dolori iam modum figis? mihi*
*Cur omne tollis gaudium?*
*Committe iam, committe præſentiſsimo*
*Tuam ſalutem numini:*
*Nam liberati ab omnibus malis, adhuc*
*Agemus illi gratias.*
*Hæc ſæpe mecum colloquor, ſed intimis*
*Reſurgit in præcordijs*
*Quandoq́; tanta vis doloris anxij,*
*Vix vt queam reſiſtere.*
*Quapropter ad tui memoriam nominis*
*Amabilem ſæpiſsime*
*Recurram, ô vnica ſpes mea, ô lux, & ſalus,*
*Carumq́; ſolamen meum,*

Dul-

*Dulceſcet illa amaror omnis, & animo*
*Illa eluet curas meo.*
*Quanquam paterna ſum fugatus à domo,*
*Vaſtasq́ ſolitudines*
*Iordanis, auiosq́ ſaltus Hermoni*
*Inhoſpitalem & Mizarum*
*Exul peragro; rerum egenus omnium:*
*Nunquam tamen tui pater*
*Non meminero, nunquam effluet animo meo*
*Dulciſsimum nomen tuum.*
*Eheu dolorem vrget dolor, neq; vlla ſit*
*Laboris intermiſsio.*
*Vt denſus imber, visq́ ſæua grandinis*
*Ingenti glomerati agmine,*
*Cum turbulento decidunt ex æthere,*
*Magnis & omne motibus*
*Cælum quatit tonitruûm horriſonus fragor,*
*Sternuntur agri, ſternitur*
*Seges vireſcens, rura plenis omnia*
*Natare foſsis ruſticus*
*Miratur, heu tali pater miſerum agmine*
*Grauium malorum vſq; obruis.*
*Sed tu ſerena placidus intueberis*
*Me fronte tandem, & candida*

*Lux pellet horridas tenebras: interim*
*Manente nocte desinam*
*Laudes tibi nunquam canere, numen tuum*
*Nunquam precari desinam,*
*Dicam tibi flens, ô salus, ô lux mea,*
*Cur tandiu immemor es mei?*
*Cur lacrymis, dolore, luctu maceror,*
*Dum vexat hostis barbarus?*
*In frusta corpus omne concîdunt meum,*
*Et me miserrimè enecant,*
*Dum continenter sciscitantur impiæ*
*Gentes, Deus meus vbi sit.*
*Cur tristis es anima mea? cur nunquam mihi*
*Per te licet quiescere?*
*Committe iam, committe præsentissimo*
*Tuam salutem numini.*
*Nam liberati ab omnibus malis, adhuc*
*Agemus illi gratias.*

PSALMVS C.



*RBES, & agri cantibus*
*Sonate, læta maximo*
*Seruite mente numini,*
*Lætis adite plausibus*
*Ad atria eius aurea.*

*Ipſe, ipſe verus eſt Deus.*
*Terræ, poliq; conditor:*
*At cæterarum gentium*
*Non dij, ſed aurum & marmora.*
*Tu nos pater ſanctiſſime*
*Tua benignus dextera*
*Finxiſti, ouiculæ nos tuæ*
*Sumus, tuæ ſcientiæ*
*Dulciſſimo nos pabulo*
*O paſtor optime nutriens,*
*Aeterna donas ſæcula*
*Vitam beatam ducere.*
*Ergo Deum canamus ô*
*Viri, & pudicæ feminæ.*
*Adite ſancti ianuas*
*Templi, ſonantes dulcia*
*Carmina, ſonent latè omnia*
*Nomen Dei ſanctiſſimum.*
*Nam dulcis, & rerum omnium*
*Amabiliſſimus eſt Deus.*
*Abſumet ignis ſidera,*
*Tellus peribit; at Dei*
*Mirabilis clementia,*
*Et veritas ſemper manent.*

## PSALMVS CXIII.



*DESTE castæ virgines, pueri integri*
*Adeste, mecum laudibus*
*Efferte nomē numinis sanctissimi,*
*Dum sol per oras ætheris*
*Cursu volubili rotabitur, diem*
*Aegris ferens mortalibus:*
*Minora dum micabit inter sidera*
*Luna occidente iam die,*
*Ab Indo ad vltima Britanni littora*
*Illustre sit nomen Dei.*
*Non vniuersis ille tantum gentibus*
*Sua imperat potentia;*
*Sed cælites, cæliq; supra maximum*
*Se tollit altus verticem.*
*Hinc pater acuto cuncta lustrat lumine.*
*Non stellifer quicquam polus,*
*Non alma quicquam terra continet, neq;*
*Pontus eam circumuagus,*
*Nil pandit aër liquidus, occultat nihil*
*Crassa inferorum obscuritas,*
*Mortalis vllus deniq; nihil pectore*
*Seruat profundo conditum,*

*Quod*

*Quod ille rector maximus cælestium*
*Non cernat omni tempore.*
*Ipse & potens inani mente lucida*
*Perambulantes sidera*
*Vindex ad imos vsque trudit inferos,*
*Et pauperes in infimo*
*Gradu iacentes principum in solio locat*
*Sua benignus dextera.*
*Ipse & pudicam liberorum garrulo*
*Hilarat puellam examine,*
*Quæ prole sine dulci diu in tristissimo*
*Mœrore vitam traxerat.*

## PSALMVS CXIV.




*VM liberata seruitute barbara*
*Iudæa gens Aegyptiorum finibus*
*Exiret, illamque Deus ipse duceret,*
*Fugêre fluctus æquoris perterriti,*
*Iordanis vnda retro fugit, et stupens*
*Gens illa vidit exilire maximos*
*Montes, vt agni prata per virentia*
*Saliunt nouelli, lacte dulci ebrij.*
*Quid accidit mare tibi, cur perterritum*
*Fugeres? ocelle fluminum quid accidit,*
*Cur pauidus ad fontem recurreres tuum?*

*Vos*

*Vos quæso montes maximi, quid impulit*
*Insitatis exilire motibus?*
*Sensere magni numinis præsentiam*
*Montes, & unda fluminis, & altum mare,*
*Sensere dura saxa solitudinum,*
*Cum bis ea fontes verteretur in vberes.*

## DE INSCRIPTIONE XV.
Hymnorum qui sequuntur.



*ER quinq; qui sequuntur hymni,*
*Cantica*
*Graduum vocantur, istiusq; nominis*
*Quæ vis in isto sit loco, iã plurimi*
*Interpretantes protulere plurima,*
*Sed illa sic incerta, fabulosaq;:*
*Vt ipse malim confiteri liberè,*
*Nescire me, quod nescio. tu candide*
*Lector, quod istis continetur canticis,*
*Dum diligenter explicamus, òbsecro*
*Attentum animum adhibe, tametsi inscriptio*
*Quid ipsa sibi velit, explicare non datur.*
*Nam totq; tantaq; poteris cognoscere*
*In his poëtæ versibus sanctissimi,*
*Vitam beatam maximè attingentia,*

*Vt curiosus sis licet, animo tamen*
*Aequo ferendum sit, quod vnum hoc nescias.*

PSALMVS CXX.


*OPPVGNAT hostis impius caput meum,*
*Measq; fortunas, ego*
*Contra piarum me tegam scuto precum.*
*Nam vocibus dexter meis*
*Aures amicas admouet semper Deus,*
*Vt filio dulcis pater.*
*A viperino dente, acerbo à vulnere*
*Oris dolosi Domine me*
*Defende, saeua lingua ne vitam mihi*
*Suis venenis auferat.*
*Dolosa lingua quem tibi fructum feret?*
*Quid turpibus mendacijs*
*Lucrabere, praeter odium Dei miser,*
*Et omnium mortalium?*
*Qualis sagitta milite à fortissimo*
*Contorta, qualis ignea*
*Nutrita vis iuniperi olentis caudice;*
*Talis venenata impij*

*Lin-*

*Lingua est. Miser, miser ego iam nimium diu*
*Cum gente viuo barbara.*
*Me pax iuuat, & mutui concordia*
*Amoris ardens ignibus:*
*At illa gens de pace cum loquor, nihil*
*Crepat nisi necem, & sanguinem.*

PSALMVS CXXI.




*VM me cruentus vrget hostis, lumina*
*Montes ad altos sustuli,*
*Vnde ille rerum præpotens pater omnium*
*Terræ, poliq; conditor,*
*Frustratus hostem barbarum, mittet mihi*
*Opem benigno numine.*
*Nunquam ille sæuis impiorum incursibus*
*Tuam sinet constantiam*
*Labare victam, dormiet nunquam tuæ*
*Salutis ille negligens.*
*Qui ciuitati præsidet sanctissimæ,*
*Nunquam profecto dormiet.*
*Hærebit ille semper ad dextrum latus,*
*Fidissimus comes, tuum,*

*Vmbra-*

*Vmbraculiq́ tecum amabilis vice*
*Fungetur optimus pater,*
*Ne feruidus te tangat aut ſol, aut graui*
*Luna inſalubris lumine.*
*Quodcunq; ages, vbicunq; eris, domi, foris,*
*In vrbe, in agro, tecum erit*
*Semper beatus cælitum rex, & pater,*
*Fortunet vt tibi omnia,*
*Suasq́ tandem ducet ad domos, vbi*
*Aeterna viues ſæcula.*


## PSALMVS CXXII.



*Quale cepi gaudium,*
*Cum dicerent, adibimus*
*Templum Dei ſanctiſsimum,*
*Te magna viſam ciuitas*
*Tectis, viis, & mœnibus,*
*Et ciuium concordia*
*Florentem, & almi numinis*
*Tutela. agris ex omnibus,*
*Et oppidis gens plurima*
*In te piorum ſingulis*
*Annis ter ad feſtos dies*
*Et ſacra ſancta conuenit,*
*Vt legibus mandat ſuis*

*Rector ſupremus cœlitum.*
*Tu iura claris vrbibus*
*Legesq́ das, tu maximos*
*Reges alis, te Dauidis*
*Proles frequentat inclyta,*
*Stipata ſemper nobili*
*Turba ducum. precamini*
*Ciues boni bona omnia*
*Huic ciuitati. ſit bene,*
*Feliciterq́ amantibus*
*Te mater alma, nec tuis*
*Vnquam recedat finibus*
*Pax, & beata fauſtitas.*
*Salus meorum ciuium*
*Tua ſalute nititur.*
*Templum Dei ſanctiſſimum*
*Te reddit omnibus pijs*
*Amabilem. Igitur vsq́ dum*
*Ego vixero, ſemper tibi*
*Bona imprecabor omnia.*

PSALMVS CXXIII.




*Dte, beatas qui beatus incolis*
*Oras nitentis ætheris,*
*Attollo lumina lacrymis manãtia,*
*Vitæ meæ spes vnica.*
*Iniuriosa verberatus vt manu*
*Manus heriles aspicit*
*Flens seruus, implorans opem domini sui:*
*Vt serua serui dextera*
*Pulsata, dominæ dexteram aspicit suæ:*
*Sic te pater sanctissime,*
*Nos intuemur maxima fiducia,*
*Donec querelis tristibus*
*Aures benignas applicans adsis tuo*
*Nobis secundo numine.*
*Iam, quæso, iam tuere supplices tuos*
*Vultu sereno, ista quoniam*
*Abominata gens sua superbia*
*Nos enecat miserrimè,*
*Miserrimè nos enecat gens impia*
*Irrisione & iurgijs.*

## PSALMVS. CXXIV.

*NISI nos benigni numinis*
*Tutela seruasset, piæ*
*Nunc dicat vrbis incola,*
*Nisi nos benigni numinis*
*Tutela seruasset, feri*
*Inuaderent cum barbari:*
*Instar leonum hiantibus*
*Nos deuorassent faucibus,*
*Cum gens veniret impia*
*Furens, minasq; & sanguinem*
*Spirans, malorum altissimo*
*Nos obruisset gurgite.*
*Torrens malorum maximus*
*Agros, & vrbem, & omnia*
*Iam perdidisset funditus.*
*Supreme cælitum pater*
*Te sempiternis laudibus*
*Seruata tollet ciuitas,*
*Quam noluisti immanibus*
*Patere prædam belluis.*
*Vt implicata vinculo*
*Pudica turtur, aucupis*
*Crudelis effugit manum,*
*Si forte laqueus frangitur:*

*Sic impiorum è dextera*
*Spem præter ipsi euasimus.*
*In posterum anxius timor*
*Nostris facessat finibus,*
*Quando omnium rerum potens,*
*Terræ, poliq́ conditor*
*Suo benigno numine*
*Nostræ saluti consulit.*


PSALMVS CXXV.



*Vicunq verè spes suas locat in Deo,*
*Immobilis semper manet*
*Sionis instar, nulla quem suo potest*
*Mutare vis vnquam loco.*
*Vt sancta vallo montium circumdata*
*Est vndecunq ciuitas:*
*Sic ipse rector cœlitum dextro pios*
*Vallabit vsq numine,*
*Illosq́ nullis improborum viribus*
*Premi diutius sinet,*
*Ne forte virtus fracta rebus asperis*
*Deo recedat à suo.*
*Fac affluenter manet ad bonos tua*
*Quæso benignitas pater,*

*At qui ſecutus impiorum peſsima*
*Conſilia, deſerit viam*
*Legum tuarum perditus, illum precor*
*Vltrice puni dextera.*
*Vtinam quies, & alma pax noſtros agros,*
*Noſtras & vrbes incolat*

PSALMVS. CXXVI.



*um liberati barbaræ gentis iugo*
*Dulcem rediremus domum,*
*Se ſomniare quisq; non vero frui*
*Exiſtimabat gaudio.*
*O quæ voluptas, quanta nobis commoda*
*Tuo fauente numine*
*Tum contigere, cælitum rex maxime!*
*Tum barbarus mirans, ait,*
*En quanta pro ſalute gentis iſtius*
*Pater Deorum conficit,*
*Et magna certè fecit, haud iniuria*
*Tanto exilimus gaudio.*
*Vt Auſter vdus imbrium vim maximam*
*Fundens, iugisq; collium*
*Niuem albicantium liquans, ſuas ſuper*
*Ripas alit torrentia*

*Flumi-*

*Flumina, vagantur illa, lateq; omnia*
*Tenent, ita pater optime*
*Fac vt tuorum multitudo ciuium*
*Plenis viis ad patriæ*
*Dulces fluat agros, omniaq; paßim occupet,*
*Lætoq; plausu repleat.*
*Vt glareoso tristis aruo semina*
*Mandans colonus, vberem*
*Si forte messem percipit, gaudet magis,*
*Quàm cultor agri fertilis:*
*Sic nos per annos septies denos grauem*
*Et seruitutem & cætera*
*Paßi mala omnia, cum lares amabilis*
*Reuiserêmus patriæ,*
*Cunctis vicißim gaudijs inceßimus,*
*Tuæq;, rex sanctißime,*
*Benignitati gratias semper agimus,*
*Semperq; habemus maximas.*

PSALMVS CXXVII.



*Isi coniugem Deus bonam & agrũ fertilem*
*Dulcesq; donet liberos;*
*Frustra laborat, si quis hæc studio suo*
*Se paraturum putat.*

*Nisi ciuitatem & ciuium concordiam*
*Defendat optimus pater:*
*Et ciuitatem & ciuium concordiam*
*Frustra tuentur principes.*
*Frustra ad labores ante lucem surgitis,*
*Frustra laboratis diem*
*Totum, labores nisi Deus vestros suo*
*Fortunet ipse numine.*
*Ipse & parabilem facit victum, & pijs*
*Præbet quietem ciuibus.*
*Ipse & frequentat liberis domum, & ipsius*
*Vxor pudica munere*
*Contingit ac decora, & optimis simul*
*Ornata proles moribus,*
*Talisq́ robore, qualis à fortissimo*
*Sagitta torta milite.*
*Beatus ille, qui pharetram talibus*
*Implet sagittis, non ei*
*Erit timendum, si quod vnquam euenerit*
*Certamen, illum iudices*
*Et cuncta ciuitas, suis cum filijs*
*Bonum & beatum prædicant-*

PSALMVS CXXIIX.



EATVS ille, qui piam ſeſe Deo
In ſeruitutem dedicat,
Sēper paratus exſequi, ſanctiſsimis
Quod ille verbis imperat.
Non is paterna rura inaniter colit,
Sed quæ feraci ſemina
Sinu recepit fundus, illa maximo
Reddit colenti fœnore.
Vxor pudica bene regit domum, & optimis
Exornat ipſam liberis,
Fœcundæ vitis inſtar, apta diligens
Quam curat arte vinitor.
Proles nouella creſcit, vt virentibus
Oliua pulcra ramulis.
Et menſa turba garrula circundata,
Cumulat parentes gaudio.
Hæc eſt piorum vita, eosq; talibus
Remuneratur præmijs
Summi benignitas patris, quem ſi coles,
Vrbis ſacratæ commodis
Lætus fueris, vſq; dum viuas: tuæ
Prolis beatæ liberos
Florere cernes, patrijs felicitas
Regnabit alma finibus

PSALMVS CXXIX



*E barbarorum sæpe vexauit furor,*
*Nunc sancta dicat ciuitas.*
*Me barbarorum sæpe vexauit furor*
*Ab ultima vsq; origine:*
*Sed nulla vis, nec vllus hostium dolus*
*Me quiuit vnquam extinguere.*
*Arauit heu mea terga longis verberum*
*Sulcis nefandus barbarus,*
*Laboribus me, vinculisq; asperrimis,*
*Duraq; vexauit fame,*
*Sed vincula rupit ferrea, & tandem mihi*
*Dulcem quietem præbuit,*
*Vberrimoq; me locauit in solo*
*Cælestium summus pater.*
*Qui ciuitatem numinis sanctissimi*
*Vult perditam, pereat malè.*
*Vt herba tectis orta summis ædium*
*Humore vitali caret,*
*Nec quit profundiore radices humo*
*Agere, itaq; antè exaruit*
*Percussa sole feruido; quam dextera*
*Vellatur alicuius; neq;*

*Manum*


*Manum repleuit ea metens, ſuum neq;*
*Sinum, maniplos colligens:*
*Nec qui viator præterit, verbis ei*
*Bene precatur optimis*
*Talis ſit impius hoſtis, & quisquis pios*
*Odit, Deus quos diligit.*

## PSALMVS CXXX

*MAlis profundis obrutus*
*Tuam pater fidem inuoco,*
*Ne quæſo ſupplicis tui*
*Audire vocem reſpue.*
*Si vindicarus omnia*
*Peccata, cunctaq; exigas,*
*Quæ iure debentur tibi,*
*Quis ſuſtinebit ò pater?*
*Quis tam piè, tam puriter*
*Vitam colit, quin ſit tibi*
*Pœnas daturus maximas?*
*Incomparabilis tua*
*Certè benignitas facit,*
*Vt numen à mortalibus*
*Tuum colatur. hac ego,*
*Confiſus, auxilium tuum*
*Expecto certum. animus meus*

*Et lenitate tua, & tua*
*Promißione nititur:*
*Non ſic morantem languidus*
*Expectat auroram vigil,*
*Qui nocte tota ſedulus*
*Ambiuit vrbis mœnia:*
*Votis vt omnibus expeto*
*Ego te morantem, ò refugium*
*Meæ ſalutis vnicum.*
*Iudæa gens Deo tuo*
*Confide, nam Deus tuus*
*Benignus & placabilis*
*Et promptus eſt ignoſcere.*
*Tua ipſe peccata omnia*
*Delebit, & maculas ſua*
*Abſterget omnes dextera.*

## PSALMVS CXXXI



*VPreme rector cœlitum,*
*Non ipſe regium ob decus*
*Inflatus efferor, neque*
*Perambulans ſublimia*
*Mentis ſuperbæ ſomnijs,*
*Maiora viribus meis*
*Tribuo, tribuere quàm decet*

*Hominem caducum, inanis et*
*Imaginis ſimillimum.*
*Si non modeſtiam colo,*
*Si ſumo magnos ſpiritus:*
*Turpiſsimæ arrogantiæ*
*Pœnas grauiſsimas luam.*
*Qualis puſillus eſt puer,*
*Quem lacte dulci blandula*
*Vix alere deſiit parens:*
*Talis animus, & mens mea eſt.*
*Vt ille totus optima*
*Matre acquieſcit in ſua:*
*Sic ipſe toto pectore*
*Ex charitate pendeo*
*Cæleſtis optimi patris.*
*O te beatum, quiſquis es,*
*Qui ſpem tuam in Deo locas.*

PSALMVS CXXXII



*Is memor vſq; pÿ, Rex maxime,*
*Dauidis, & quàm*
*Ciues in omnes mitis exti-*
*terit ſuos.*
*Ille tui ſãcto incẽſus iurauit amo-*
*Votũq; lingua nuncupauit hoc modo (re*
*Ne tibi*

*Ne tibi sim carus vita mihi carior ipsa,*
*Neu verba posthac supplicantis audias,*
*Antè meæ si cara domus ad limina adibo,*
*Oculosue somnus antè clauserit meos*
*Quàm præclara tuo fuerit pater optime templo*
*Tuisq; dedicata sacris area.*
*Sic ait, & paruo pòst tempore dedicat illam*
*Qua se beatis silua campis porrigit,*
*Cum tu clara prius Bethleem signa dedisses.*
*Tuam introibimus pater domum, tua*
*Perpetuò castis venerantes numina sacris:*
*Tu mansionem dexter ad certam veni,*
*Mysticaq; arca uagans stabili iam sede quiescat:*
*Fac vt sacerdos mente pura te colat,*
*Et sua cuiq; pio da gaudia: neue tueri*
*Omitte prolem Dauidis tui inclytam,*
*Quam patris aurato in solio tu sancte locasti.*
*Iurauit ille, peierare qui nequit,*
*Omnipotens dulci affatus sic Dauidem amore,*
*Tua sedebunt sede liberi tui,*
*Qui si constantes in relligione manebunt,*
*Quã Mosis ore sanximus, neq; inclyta*
*Fœderis antiqui violarint iura, nepotum*
*Serie propago nobilis longissima*

*Dulci*

Dulci pace fruens solio regnabit auito.
Sionis arcem præfero cunctis locis.
Hîc ego longa libenti animo per sæcula degam,
Hîc supplicantium preces ego ciuium
Audiam, et optanti mea sancta oracula pandã,
Florebit agris fructuum lætissima
Omnigenûm vbertas, atq; hinc procul omne fu-
Per æuum egestas exulabit horrida. (gata
Casta sacerdotes ornabit vita, colentq;
Domos piorum pura semper gaudia.
Ac veluti lauro pulchrè densissima silua
Radice ab ima pullulat; sic Dauidi
Candida succrescet proles, quæ splendida facta
Parentis augeat optimi, neq; hostium
Vlla domum poterit vis hanc euertere, non si
Coniuret omnis impiarum gentium
Barbaries latas per terras didita, cunctis
Optatus ille pijs fluet ab origine
Ista, qui populos omnes, & maxima ponti
Aequora, globosq; siderum micantium,
Et diuos supra cœli conuexa morantes
Mecum gubernet sempiterna sæcula.

PSAL.

## PSALMVS CXXXIII


*Quàm beatum eſt pacis inſolubili*
*Fratres ligari vinculo.*
*O qualia bona et quanta ſecũ gau-*
*Apportat alma caritas! (dia*
*Quales odores ſpirat vnguenti liquor*
*Stillans Aaronis ſacro*
*E vertice aureas ad oras veſtium:*
*Tales odores candida*
*Pax, atq; amoris mutui concordia*
*Afflant piorum mentibus.*
*Vt ros Sionis decidens, iugum, & auia*
*Hermonis alti paſcua*
*Fœcundat: ita quas incolit domos pia*
*Pax ditat omnibus bonis.*
*Nam degit vbi pax, & beata charitas,*
*Ibi cælitum degit pater.*

## PSALMVS CXXXIV


*VM nox fauet, ſuoq; nos ſilentio*
*Inuitat, agite laudibus*
*Deum efferamus, ædis ô ſanctiſ-*
*ſimæ*
*Caſti beatiq; incolæ.*

*Tolla-*

*Tollamus agite supplices simul manus,*
*Adytisq́; in intimis Deum*
*Aures amicas applicantem plurima*
*Prece inuocemus, vt sua*
*Ope sospitet ciues, bonaq́; det omnia*
*Larga benignus dextera.*

## PSALMVS CXXXVII.

*DVM nos ferarum gentium crude-*
*Desiderata patriæ dulci solo(litas*
*Exterminatos detinet, iuuat pro-*
*A ciuitatis barbaræ frequẽtia (cul-*
*Sedere solos sola propter littora*
*Euphratis. hic comantium nostras lyras*
*Suspendimus ramo salicum, & vberrimam*
*Vim lacrymarum fundimus, tui Sion*
*Dulcis recordantes, tuamq́; maxime*
*Rex cælitum orantes opem ore supplici.*
*At interim adiens pastor errantis gregis,*
*Cantate nobis, ait, aliqua de canticis*
*Vestris, quid istæ pendulæ tacent lyræ?*
*Quî nos queamus, obsecro, animum inducere,*
*Vt canticum sanctißimum nostri Dei*
*Cantemus istis exulantes in locis?*
*Si oblitus vnquam fuero sancta ciuitas*

*Tui, mea quoq; oblita dextra psallere*
*Amabiles nunquam lyra eliciat sonos:*
*Adhæreat lingua mea faucibus meis,*
*Ne canere posśim. nisi ego meminero tui,*
*Nisi cuncta acerba erunt mihi, & amarisśimo*
*Amariora felle, donec mœnia,*
*Tuumq; templum restituta videro.*
*At tu, nefanda facta qui mortalium*
*Vltrice punis dextera, teterrimi*
*Idumeorum sceleris vsq; sis memor,*
*Qui, dum periret ciuitas tua, impios*
*Hostes furentes vocibus nefarijs*
*Sic incitabant; Pergite agedum, & omnia*
*Vastate, ferro & igne cuncta euertite.*
*Babylon superba, & omnium miserrima,*
*Beatus is, qui talibus pro iniurijs*
*Te digna soluet præmia, atq; idem tibi*
*Largè reponet, paruulos à pectore*
*Natos reuellens matrum, & illos aspera*
*Ad saxa frangens, teq; funditus eruens.*

## PSALMVS CXLIV.



*Eterne mundi domine quas grates tuæ*
*Clemētiæ posśĩ ágere? uel tuũ quibus*
*Efferre*

*Efferre nomen laudibus sanctißimum?*
*Tu præliari dexteram meam doces,*
*Et omnium discriminum fidißimus*
*Comes per hostes obuios, & horrida*
*Per arma tutum ruere, & incolumem facis.*
*Tu ciuitates subijcis meas mihi,*
*Latusq; donas imperare gentibus.*
*Domine, quid est homo, quòd honore maximo*
*Dignaris illum, & tam benigne amplecteris?*
*Homo est imago vana, & vmbræ somnium,*
*Inanis, ipsa inanitate inanior.*
*Descende cælo, & irruentes hostium*
*Acies coërce fulminante dextera.*
*Illos procellis, igne, grandine dißipa,*
*Illos sagittis perime, nosq; iam obrutos*
*His nationum barbararum fluctibus*
*Tuere. summe rex tuas laudes ego*
*Cantabo semper; tibi cithara semper mea*
*Hymnos sonabit, tu salutem regibus*
*Donare gaudes, Dauidem tu maximis*
*Periculorum liberasti casibus.*
*Tu nunc furorem impiarum gentium*
*Compesce, quas nefanda semper dicere*
*Iuuat, nefanda semper agere. fac, pius*
*Miles triumphum nobilem referat domum.*

*At qui ſecutus impiorum peſſima*
*Conſilia, deſerit viam*
*Legum tuarum perditus, illum precor*
*Vltrice puni dextera.*
*Vtinam quies, & alma pax noſtros agros,*
*Noſtras & vrbes incolat*

PSALMVS. CXXVI.



*um liberati barbaræ gentis iugo*
*Dulcem rediremus domum,*
*Se ſomniare quisq; non vero frui*
*Exiſtimabat gaudio.*
*O quæ voluptas, quanta nobis (commoda*
*Tuo fauente numine*
*Tum contigere, cælitum rex maxime!*
*Tum barbarus mirans, ait,*
*En quanta pro ſalute gentis iſtius*
*Pater Deorum conficit,*
*Et magna certè fecit, haud iniuria*
*Tanto exilimus gaudio.*
*Vt Auſter vdus imbrium vim maximam*
*Fundens, iugisq; collium*
*Niuem albicantium liquans, ſuas ſuper*
*Ripas alit torrentia*

*Flumina, vagantur illa, lateq́ omnia*
*Tenent, ita pater optime*
*Fac vt tuorum multitudo ciuium*
*Plenis viis ad patriæ*
*Dulces fluat agros, omniaq́ paßim occupet,*
*Lætoq́ plausu repleat.*
*Vt glareoso tristis aruo semina*
*Mandans colonus, vberem*
*Si forte messem percipit, gaudet magis,*
*Quàm cultor agri fertilis:*
*Sic nos per annos septies denos grauem*
*Et seruitutem & cætera*
*Paßi mala omnia, cum lares amabilis*
*Reuiserêmus patriæ,*
*Cunctis vicißim gaudijs inceßimus,*
*Tuæq́, rex sanctißime,*
*Benignitati gratias semper agimus,*
*Semperq́ habemus maximas.*

PSALMVS CXXVII.



*Isi coniugem Deus bonam & agrũ*
*fertilem*
*Dulcesq́ donet liberos;*
*Frustra laborat, si quis hæc studio*
*Se paraturum putat. (suo*

 *Nisi*

*Nisi ciuitatem & ciuium concordiam*
*Defendat optimus pater:*
*Et ciuitatem & ciuium concordiam*
*Frustra tuentur principes.*
*Frustra ad labores ante lucem surgitis,*
*Frustra laboratis diem*
*Totum, labores nisi Deus vestros suo*
*Fortunet ipse numine.*
*Ipse & parabilem facit victum, & pijs*
*Præbet quietem ciuibus.*
*Ipse & frequentat liberis domum, & ipsius*
*Vxor pudica munere*
*Contingit ac decora, & optimis simul*
*Ornata proles moribus,*
*Talisq; robore, qualis à fortissimo*
*Sagitta tortà milite.*
*Beatus ille, qui pharetram talibus*
*Implet sagittis, non ei*
*Erit timendum, si quod vnquam euenerit*
*Certamen, illum iudices*
*Et cuncta ciuitas, suis cum filijs*
*Bonum & beatum prædicant.*

PSALMVS CXXIIX.



EATVS ille, qui piam sese Deo
In seruitutem dedicat,
Sēper paratus exsequi, sanctissimis
Quod ille verbis imperat.
Non is paterna rura inaniter colit,
Sed quæ feraci semina
Sinu recepit fundus, illa maximo
Reddit colenti fœnore.
Vxor pudica bene regit domum, & optimis
Exornat ipsam liberis,
Fœcundæ vitis instar, apta diligens
Quam curat arte vinitor.
Proles nouella crescit, vt virentibus
Oliua pulcra ramulis.
Et mensa turba garrula circundata,
Cumulat parentes gaudio.
Hæc est piorum vita, eosq; talibus
Remuneratur præmijs
Summi benignitas patris, quem si coles,
Vrbis sacratæ commodis
Lætus fueris, vsq; dum viuas: tuæ
Prolis beatæ liberos
Florere cernes, patrijs felicitas
Regnabit alma finibus

## PSALMVS CXXIX



*E barbarorum ſæpe vexauit furor,*
*Nunc ſancta dicat ciuitas.*
*Me barbarorum ſæpe vexauit furor*
*Ab ultima vſq; origine:*
*Sed nulla vis, nec vllus hoſtium dolus*
*Me quiuit vnquam extinguere.*
*Arauit heu mea terga longis verberum*
*Sulcis nefandus barbarus,*
*Laboribus me, vinculiſq́; aſperrimis,*
*Duraq́; vexauit fame,*
*Sed vincula rupit ferrea, & tandem mihi*
*Dulcem quietem præbuit,*
*Vberrimoq́; me locauit in ſolo*
*Cæleſtium ſummus pater.*
*Qui ciuitatem numinis ſanctiſsimi*
*Vult perditam, pereat malè.*
*Vt herba tectis orta ſummis ædium*
*Humore vitali caret,*
*Nec quit profundiore radices humo*
*Agere, itaq; antè exaruit*
*Percuſſa ſole feruido; quam dextera*
*Vellatur alicuius; neq;*

*Manum*


*Manum repleuit ea metens, suum neq;*
*Sinum, maniplos colligens:*
*Nec qui viator præterit, verbis ei*
*Bene precatur optimis*
*Talis sit impius hostis, & quisquis pios*
*Odit, Deus quos diligit.*

PSALMVS CXXX

*MAlis profundis obrutus*
*Tuam pater fidem inuoco,*
*Ne quæso supplicis tui*
*Audire vocem respue.*
*Si vindicaris omnia*
*Peccata, cunctaq; exigas,*
*Quæ iure debentur tibi,*
*Quis sustinebit ò pater?*
*Quis tam piè, tam puriter*
*Vitam colit, quin sit tibi*
*Pœnas daturus maximas?*
*Incomparabilis tua*
*Certè benignitas facit,*
*Vt numen à mortalibus*
*Tuum colatur. hac ego,*
*Confisus, auxilium tuum*
*Expecto certum. animus meus*

*Et lenitate tua, & tua*
*Promißione nititur:*
*Non sic morantem languidus*
*Expectat auroram vigil,*
*Qui nocte tota sedulus*
*Ambiuit vrbis mœnia:*
*Votis vt omnibus expeto*
*Ego te morantem, ò refugium*
*Meæ salutis vnicum.*
*Iudæa gens Deo tuo*
*Confide, nam Deus tuus*
*Benignus & placabilis*
*Et promptus est ignoscere.*
*Tua ipse peccata omnia*
*Delebit, & maculas sua*
*Absterget omnes dextera.*

## PSALMVS CXXXI



*VPreme rector cœlitum,*
*Non ipse regium ob decus*
*Inflatus efferor, neque*
*Perambulans sublimia*
*Mentis superbæ somnijs,*
*Maiora viribus meis*
*Tribuo, tribuere quàm decet*

*Hominem caducum, inanis et*
*Imaginis ſimillimum.*
*Si non modeſtiam colo,*
*Si ſumo magnos ſpiritus:*
*Turpiſsimæ arrogantiæ*
*Pœnas grauiſsimas luam.*
*Qualis puſillus eſt puer,*
*Quem lacte dulci blandula*
*Vix alere deſiit parens:*
*Talis animus, & mens mea eſt.*
*Vt ille totus optima*
*Matre acquieſcit in ſua:*
*Sic ipſe toto pectore*
*Ex charitate pendeo*
*Cæleſtis optimi patris.*
*O te beatum, quiſquis es,*
*Qui ſpem tuam in Deo locas.*

PSALMVS CXXXII



*Is memor vſq; pij, Rex maxime,*
*Dauidis, & quàm*
*Ciues in omnes mitis exti-*
*terit ſuos.*
*Ille tui ſãcto incẽſus iurauit amo-*
*Votũq; lingua nuncupauit hoc modo (re*

*Ne tibi*

*Ne tibi ſim carus vita mihi carior ipſa,*
*Neu verba poſthac ſupplicantis audias,*
*Antè meæ ſi cara domus ad limina adibo,*
*Oculosue ſomnus antè clauſerit meos*
*Quàm præclara tuo fuerit pater optime templo*
*Tuisq; dedicata ſacris area.*
*Sic ait, & paruo pòſt tempore dedicat illam*
*Qua ſe beatis ſilua campis porrigit,*
*Cum tu clara prius Bethleem ſigna dediſſes.*
*Tuam introibimus pater domum, tua*
*Perpetuò caſtis venerantes numina ſacris:*
*Tu manſionem dexter ad certam veni,*
*Myſticaq; arca uagans ſtabili iam ſede quieſcat:*
*Fac vt ſacerdos mente pura te colat,*
*Et ſua cuiq; pio da gaudia: neue tueri*
*Omitte prolem Dauidis tui inclytam,*
*Quam patris aurato in ſolio tu ſancte locaſti.*
*Iurauit ille, peierare qui nequit,*
*Omnipotens dulci affatus ſic Dauidem amore,*
*Tua ſedebunt ſede liberi tui,*
*Qui ſi conſtantes in relligione manebunt,*
*Quã Moſis ore ſanximus, neq; inclyta*
*Fœderis antiqui violarint iura, nepotum*
*Serie propago nobilis longiſſima*

*Dulci*

*Dulci pace fruens solio regnabit auito.*
*Sionis arcem præfigo cunctis locis.*
*Hîc ego longa libenti animo per sæcula degam,*
*Hîc supplicantium preces ego ciuium*
*Audiam, et optanti mea sancta oracula pandā,*
*Florebit agris fructuum lætissima*
*Omnigenûm vbertas, atq; hinc procul omne fu-*
*Per æuum egestas exulabit horrida. (gata*
*Casta sacerdotes ornabit vita, colentq;*
*Domos piorum pura semper gaudia.*
*Ac veluti lauro pulchrè densissima silua*
*Radice ab ima pullulat; sic Dauidi*
*Candida succrescet proles, quæ splendida facta*
*Parentis augeat optimi, neq; hostium*
*Vlla domum poterit vis hanc euertere, non si*
*Coniuret omnis impiarum gentium*
*Barbaries latas per terras didita, cunctis*
*Optatus ille pijs fluet ab origine*
*Ista, qui populos omnes, & maxima ponti*
*Aequora, globosq; siderum micantium,*
*Et diuos supra cæli conuexa morantes*
*Mecum gubernet sempiterna sæcula.*

PSAL.

## PSALMVS CXXXIII



*Quàm beatum est pacis insolubili*
*Fratres ligari vinculo.*
*O qualia bona et quanta secū gau-*
*Apportat alma caritas! (dia*
*Quales odores spirat vnguenti liquor*
*Stillans Aaronis sacro*
*E vertice aureas ad oras vestium:*
*Tales odores candida*
*Pax, atq; amoris mutui concordia*
*Afflant piorum mentibus.*
*Vt ros Sionis decidens, iugum, & auia*
*Hermonis alti pascua*
*Fœcundat; ita quas incolit domos pia*
*Pax ditat omnibus bonis.*
*Nam degit vbi pax, & beata charitas,*
*Ibi cœlitum degit pater.*

## PSALMVS CXXXIV



*VM nox fauet, suóq; nos silentio*
*Inuitat, agite laudibus*
*Deum efferamus, ædis ô sanctis-*
*simæ*
*Casti beatiq; incolæ.*

*Tolla-*

*Tollamus agite supplices simul manus,*
*Adytisq; in intimis Deum*
*Aures amicas applicantem plurima*
*Prece inuocemus, vt sua*
*Ope sospitet ciues, bonaq; det omnia*
*Larga benignus dextera.*

## PSALMVS CXXXVII.

D*VM nos ferarum gentium crude-*
*Desideratæ patriæ dulci solo(litas*
*Exterminatos detinet, iuuat pro-*
*A ciuitatis barbaræ frequẽtia (cul-*
*Sedere solos sola propter littora*
*Euphratis. hic comantium nostras lyras*
*Suspendimus ramo salicum, & vberrimam*
*Vim lacrymarum fundimus, tui Sion*
*Dulcis recordantes, tuamq; maxime*
*Rex cœlitum orantes opem ore supplici.*
*At interim adiens pastor errantis gregis,*
*Cantate nobis, ait, aliqua de canticis*
*Vestris, quid istæ pendulæ tacent lyræ?*
*Quî nos queamus, obsecro, animum inducere,*
*Vt canticum sanctissimum nostri Dei*
*Cantemus istis exulantes in locis?*
*Si oblitus vnquam fuero sancta ciuitas*

*Efferre nomen laudibus sanctissimum?*
*Tu præliari dexteram meam doces,*
*Et omnium discriminum fidissimus*
*Comes per hostes obuios, & horrida*
*Per arma tutum ruere, & incolumem facis.*
*Tu ciuitates subijcis meas mihi,*
*Latusq; donas imperare gentibus.*
*Domine, quid est homo, quòd honore maximo*
*Dignaris illum, & tam benigne amplecteris?*
*Homo est imago vana, & vmbræ somnium,*
*Inanis, ipsa inanitate inanior.*
*Descende cœlo, & irruentes hostium*
*Acies coërce fulminante dextera.*
*Illos procellis, igne, grandine dissipa,*
*Illos sagittis perime, nosq; iam obrutos*
*His nationum barbararum fluctibus*
*Tuere. summe rex tuas laudes ego*
*Cantabo semper; tibi cithara semper mea*
*Hymnos sonabit, tu salutem regibus*
*Donare gaudes, Dauidem tu maximis*
*Periculorum liberasti casibus.*
*Tu nunc furorem impiarum gentium*
*Compesce, quas nefanda semper dicere*
*Iuuat, nefanda semper agere. fac, pius*
*Miles triumphum nobilem referat domum.*

*Fac, alma pax, quiesq́; nostris finibus*
*Regnent tumultu barbarorum liberæ.*
*Proles nouella crescat agris omnibus,*
*Vt valle myrtus auia nitentibus*
*Se ramulis subijcit, amica limpidi*
*Rigata fontis lymphula. sint virgines*
*Nostræ decoro corpore spectabiles:*
*Sint plena semper horrea bonis frugibus:*
*Plenis redundet cella semper dolijs,*
*Redundet oleo, melle, pomis dulcibus:*
*Sint prata gregibus tecta fœcundissimis,*
*Fortes iuuenci plaustra onusta ducere,*
*Fortes feracem glebam aratro findere.*
*Neu sæuus hostis nostra rumpat mœnia*
*Neu patriæ iucundæ amabiles agros*
*Abducta gens relinquat, aut ciuilibus*
*Sonent plateæ iurgijs. Ter & amplius*
*Beata gens, quæ talibus fruitur bonis:*
*Beata gens, quam maximus cœlestium*
*Pater suo præsens tuetur numine.*

*FINIS*
*PSALMORVM.*

DE

# DE DAVIDE REGE HEBRÆORVM.



*Ram paterna abiectus in domo*
*puer,*
*Cunctisq́; fratribus meis*
*Minor, pusillum in monte pasce-*
*Hic ego sub vmbris arborum, (bam gregē.*
*Dum læta tondet gramina pecus, maximi*
*Laudes canebam numinis,*
*Sonora tangens fila citharæ, quam meæ*
*Paruæ laborarant manus.*
*At ille sanctus cœlitum rex, & pater,*
*Qui summa tangit fulmine*
*Corusco, humoq́; gaudet ima tollere,*
*Suum repente nuncium*
*Ad parua misit tecta, qui meum sacro*
*Liniret vnguento caput.*
*Abiecit ille viribus præstantia*
*Fratrum meorum corpora,*
*Nec forma quicquam profuit, nec asperis*
*Spectata virtus prælijs.*
*At ego pusilli paruulus custos gregis*
*Ad regium decus efferor.*


*FINIS.*

## DE M. ANTONIO FLAMINIO GEORGIVS FABRICIVS Chemnicensis.

MARCVS Antonius Flaminius, philosophus & poëta excellens, Romæ vixit, & in Sodoma filium Dei verè inuocauit. Terra Sodomitica pios & castos cineres non tulit. Nam à Paulo IV effossi sunt, & dispersi. Verum anima eius in sinu filij Dei quiescit, cuius amore tabuit, & in quo salutis spem fixit. Et ipsius cineres, collecti manu filij Dei, suscitabuntur ad gloriam sempiternam. et nos perpetuo celebrabimus, vno ore & pectore, in corpore glorioso, Dominum nostrum Iesum Christum, cum patre omnipotenti, & spiritu sancto, in omnem seculorum æternitatem. Amen. Scriptum. Anno M D LXIII.

## *LECTORI CANDIDO Nathan Chytræus S.*

*ESSE equidem, qui de cineribus Flaminij effossis et dispersis, aliter scribant et loquantur, non ignoramus. Proinde ἐποχὴν liberrimam vnicuiq; hîc libentissimè concedimus. Neq; tamen ideo insigne hoc viri optimi & doctiss.*



*doctissimi de Flaminio elogium, honoris & pietatis pleniss., existimauimus prætermittendum. Vale.*

*ERRATA.*
## TYPOGRAPHICA.

Fol. 7. fac. 2. versu 14. pro agendi, lege agendis. fol. 38. fac. 2. versu .1. pro in, lege tu. fol. 39. versu 15. pro fama, lege fame.

